14 *Princeps legibus solutus est limita tamen, nu. 15.*
16 *Argumentum de lege aut statuto ad contractum valet, quod limita, nu. 17.*
Et hoc argumentum respicit potestatem, nu. 18.
20 *Princeps quo ad obligationes remanet in terminis iurisgen.*
21 *Obligatio naturalis sola ne quis indebitè damnum patiatur ex pacto nudo effectum producit.*
22 *Officio iudicis succurritur ex æquitate, vbi actio non competit.*
23 *Obligatio ciuilis in seruo non datur odio ipsius.*
24 *Obligatio insurgens ex aditione quamuis à lege ciuili inducatur, habet tamen naturalem secum.*
25 *Princeps, quando alteri succedit, φ obligetur vt priuatus, speciale est.*
Et potest conueniri ex sola naturali, nume. 26. quid si ex causa lucratiua. numero 33.
Et obligatur ex contractibus, numero 27. limita, & declara, nume. 28. 30. & sequen.
29 *Princeps faciens pacem cum inimicis non potest in præiudicium subditorum dāna per eos passa remittere.*
34 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligitur, etiam si maior sit ratio in uno casu, quàm in alio.*
35 *Pactum nudum in donatione obligat quemcunque.*
36 *Principis propria est liberalitas.*
37 *Principis obligatio, an liget successorem, & num. 38.*
39 *Imperator, an conueniri possit coram Papa.*
40 *Imperatore negligente iustitiam administrare, ad Papam an recurratur.*
41 *Episcopus vbi non potest esse iudex, dat iudicem.*
42 *Iudicium est medium inter actorem, & reum.*
43 *Medium pluribus modis accipitur, nu. 44. & se.*
46 *Media via à iudice sequenda est in diuersitate opinionum.*
47 *Reus instrumenta actori edere non tenetur, neque rationes, nu. 52.*
Limita, amplia, & declara, nu. 59. nu 61. nu. 65. 66. 71. 72. & 73.
Amplia nu. 74. 77. 80. 81. 82. & 88. el 2.
Limita nu. 90. nu. 110. nu. 125. 126. 128. & duobus seq.
Limita, nu. 136. 140. 143. & seq.
Limita nu. 146. item nu. 150.
Item nu. 154. item nu. 155.
Item nu. 161. item. nu. 165.
49 *Actoris intentio fundatur per confessionem rei.*
50 *Positiones fiunt ad faciliorem probationem.*
51 *Instrumenta, & confessiones quid differant.*
53 *Negatiua oratio nihil noui inducit.*
54 *Inducta ad diminutionem non operantur augmentum.*
55 *Lex generaliter loquens generaliter intelligenda est, & vna pars eius per aliam declaratur, nu. 56.*
57 *Fiscus si petat gabellam ab aliquo peti poterit instrumentum exhiberi.*
58 *Emptor gabellæ à fisco, an possit petere sibi instrumentum edi.*
60 *Causa criminalis dicitur, etiam si agatur de pœna pecuniaria fisco applicanda.*
62 *Fiscus contra priuatum non subditum non habet priuilegium.*
64 *Notarius potest à reo petere, vt sibi det copiam instrumenti.*
65 *Notarius cogi potest ad agendum pro interesse actoris.*
67 *Argumentum de fisco ad ecclesiam valet.*
68 *Ecclesiæ competunt omnia priuilegia fisci, vel ciuitatis.*
69 *Ecclesia, & ciuitas habent à lege parem fauorem.*
70 *Extensio fit in fauorabilibus à paritate rationis.*
75 *Dotis, & fisci causa à pari procedunt.*
76 *Alimentorum causa fauorabilis est.*
78 *Libertatis causa pia videtur, & an fauorabilior sit legitima filiorum, nu. 79.*
80 *Causa miserabilium personarum fauorabilis ac pia iudicatur.*
83 *Study in causa non appellatur.*
84 *Study, & dotis causa æquiparantur.*
85 *Doctoris instrumentum salary habet præsumptionem pro se, nisi constet de prioritate temporis.*
86 *Faber expelli solet ne studium impediat.*
87 *Publica vtilitas vbicunque versetur, in ea fit lata interpretatio, & extensio, & si materia aliàs odiosa sit.*
88 *Publicam vtilitatem, quæ respicit, dicitur causa fauorabilis.*
89 *Causæ fauor præponderat fauori rei.*
91 *Iudæi peiores alys infidelibus reputantur.*
Nec debent esse melioris conditionis, quàm Christiani, nu. 92.
Et veniunt in constitutionibus canonum quando materia conuenit etiam eis, nume. 93.
Et habent filios in potestate. nu. 94.
Et eis competit immunitas concessa à statuto. nu. 95.
Securitas data alicui cum duobus socys, competit etiam Iudæis. nu. 96.
97 *Excommunicatio directè, & indirectè à pari procedunt.*
98 *Mediolanenses publici vsurary.*
99 *Vsurarius, an dicatur qui desijt fœnerari.*
100 *Usurarius emendatus, an cōprehendatur in constitutione loquente de vsurarijs.*
Et an is emendatus cogatur edere libros, nu. 101.
102 *Vsurarius edere non tenetur, nisi quando agitur de vsuris.*
103 *Nautæ, caupones, & stabulary, æquiparati quasi vsurarijs, an edere teneantur.*
104 *Usura habet in se delictum.*
105 *Statutum loquens de vsurarijs, an habeat locum in facientibus contractus prima facie licitos, quamuis verè sint in fraudem vsurarum.*
106 *Editionis in materia proceditur, de similibus ad similia.*
107 *Extensio fit etiam in pœnalibus, & quando. nu. 108.*
Et fit in materia odiosa, & pœnali, quando agitur de peccato vitando. 109.
111 *Mercatores nostri temporis, an codices rationum suarum edere teneantur.*
112 *Dispositio in qualibet materia præsertim in cōtractibus regulatur à consuetudine.*
113 *Consuetudinem allegans debet eam probare.*
114 *Consuetudo contra ius commune est stricti iuris, & non extenditur.*
115 *Consuetudinis magna est auctoritas.*
116 *Consuetudo scribentium facti est, & non facit ius.*
117 *Consuetudo priuata sæpe consideratur ad interpretandum voluntatem.*
118 *Mercatorum opera sæpius est in mercibus, quàm in scribendis rationes.*
119 *Mandare tacitè videtur, qui simpliciter contrahit.*
120 *Mandatum tacitum expresso æquiparatur.*
121 *Edere rationes mercatores, & argentary tantum tenentur.*
122 *Edere quis non tenetur, qui edendo detegeret turpitudinem suam.*
123 *Usurarius, vt edere cogatur debet primo constare ipsum vsurarium.*
124 *Mercatores, & argentary data consuetudine sunt similes.*
125 *Similitudo satis est, quòd sit in eo de quo agitur.*
126 *Edere mercatores tenentur librum publicum non memoriale.*
Et tenentur indistinctè edere licèt eorū libris fides non adhibeatur plena. nu. 131.
132 *Libris mercatorum de consuetudine fides adhibetur.*
Et an statutum, vel consuetudo, φ eis credatur valeat. nu. 133.
134 *Statutum, quòd credatur libris mercatorum, intelligitur in concernentibus mercaturam.*
Et habet uim etiam si scriptura producatur extra territorium. nu. 135.
137 *Iudex ex causa potest reum cogere vt edat.*
138 *Editionem petendi iusta causa est à reo, si facultas probandi sine culpa periit actori.*
139 *Veritas quando aliter haberi non potest, coguntur dicere testimonium, qui aliàs cogi non possunt, & admittuntur inhabiles, nu. 141.*
141 *Priuilegium facilius tollitur quàm ius commune.*
145 *Iudex ex officio mouetur ad priuatam vtilitatem æquitate subsistente.*
147 *Compensationem opponens dicitur agere.*
148 *Actor dicitur, qui petit aduersario dari terminum ad agendum.*
149 *Causa quæ nocet, & prohibet attenditur in casu mixto, in quo non potest fieri separatio.*
151 *Confirmatio, & continuatio facilius conceditur, quàm inesse productio.*
152 *Testes recipi possunt post publicationes etiam ad instantiam partis, ad probationē priorem confirmandam.*
153 *Debiti quantitas probato debito, & sic fundata intentione creditoris, probari postea poterit iuramento.*
156 *Testium nomina edi debent à producente, nisi sit timor subornationis. nu. 157.*
158 *Edi potest scriptura, instrumentum, & priuilegium si in eo aliquo modo aduersary intentio fundatur.*
159 *Prælatus agens pro ecclesia si negetur prælatus ante litem contestatam, debet docere de quasi possessione prælaturæ,*

160 *Instrumentum*

10 Instrumentum probat contra producentem etiam inuitum, & qui protestatus est ꝓproducere in parte, & partibus &c.
162 Fauorabilis materia dicitur, in qua agitur de fauore animæ.
163 Foro conscientiæ non attenditur rigor iuris ciuilis, sed veritas ipsa consideratur.
164 Sententia si in rem iudicatam transiuit, si tamen de veritate aliter appareat, debet reuocari.
166 Edere reo, non tenetur actor.
167 Rationum appellatione veniunt instrumenta largo modo, non propriè. nu. 168.
Et se habent ad instrumenta vt genus ad speciem. nu. 170.
171 Contrarietatis tollendæ causa verba improprientur.
172 Implorare hoc verbum, conuenit officio iudi.
273 Rationes publicæ omnibus eduntur.
174 Reo magis an actori iura faueant, & quomodo. nu. 175. & 178.
176 Iudex non debet pati illicitas extorsiones.
177 Aequalitas in iudicijs seruanda est.
179 Edere actori an teneatur reus ad fundandam suam replicationem. Limita, vt nu. 182. nu. 184. & 188. declara nu. 190.
180 Replicatio est exceptio.
181 Petitionis verbum, verificatur in reo.
183 Edere reo actor non tenetur ad exceptionem dilatoriam fundandam.
185 Turpitudinem suam detegere quis non cogitur.
186 Positioni criminosæ non tenetur quis respondere.
Limita nu. 187.
189 Excipiens per compensationem dicitur agere.
191 Compensatio intrinseca dicitur illa, vt puta quando fructus compensantur in sortem.
Et hanc opponit excommunicatus, quamuis aliter non possit compensationem obijcere. nu. 192.
193 Reconuentio fundatur in æquitate.
194 Excommunicato reconuentio denegatur.
195 Exceptio præscriptionis odiosa est.
196 Editio, an fiat exceptione præscriptionis:
197 Exceptio præscriptionis non admittitur vbi proceditur de æquitate.
198 Præscriptio est contra naturalem æquitatem.
199 Actor ad instantiam rei cogitur exprimere tempus, vt reus sibi possit parare exceptionem præscriptionis.
200 Fauorabiles causę sunt libertas, dos, & matrimonium.
201 Fauor causæ præponderat fauori rei.
202 Fauor rei, qui consideratur in sententia, consideratur etiam in probationibus.
203 Notarius rogatus de instrumento ratione officij, illud edere tenetur.
Etiam si esset nullum, nu. 204. Etiam in testamentu nullo, nu. 205.
Idem si fuit reuocatum, nu. 206. Et ideo non debet lacerare testamentum reuocatum etiam ad instantiam testatoris, nu. 207.
Et tenetur edere integrè, aliàs tenetur ad interesse. nu. 208.
Intellige recepta competenti mercede, nu. 209.
210 Notarius debet habere mercedem duplicatam, s. de rogitu, & de extensione.
211 Notarius tenetur pauperi gratis instrumenta edere nu. 213.
212 Aduocatus potest compelli pauperibus præstare patrocinium,
114 Paupertatis causa plura remittuntur, quorum exempla habes ibi.
115 Pauperibus relinquitur collecta imposita à principe ab officialibus exigentibus.
116 Decimæ non exiguntur à pauperibus.
217 Cautio, quæ aliàs præstanda est, à pauperibus non exigitur.
118 Clausula, & quidam alij, non comprehendit pauperes, qui se defendere non possunt.
219 Periurio quis excusatur ob paupertatem.
120 Appellationem non prosequens propter paupertatem, à iure suo non excluditur.
121 Fatalia non currunt non prosequenti appellationem propter paupertatem.
122 Notario, & aduocato de publico debetur salarium pro pauperibus. 223.
124 Eleemosynam non cogitur quis inuitus facere, nisi in casu necessitatis.
125 Domino rei suæ quando quis ex publica vtilitate priuatur, debet ei refundi precium.
116 Notarius edere cogitur dummodo petentis intersit, & rogatus fuerit ab eo, qui editionem petit.
Ideo instrumentum debiti edit creditori non debitori, nu. 127. & liberationem edit debitori non creditori, nu. 228. nisi prætenderent aliquod interesse, numero 229. Et non sufficit allegare, & probare interesse, nisi mandatum accesserit, nu. 230.
231 Notarius non tenetur edere instrumentum tertio, de cuius interesse agitur, quia ab eo non fuit rogatus.
232 Acta edi debent cuicunque, cuius interest.
233 Edi debet ei, qui posset instrumentum rescindere.
234 Filius exhæredatus, qui ad querelam admittitur, potest copiam testamenti à notario petere, licèt ab eo non fuerit rogatus.
235 Notarius tenetur edere testamentum omnibus habentibus interesse, etiam si ab eis rogatus non sit.
236 Edere compellitur tertius, ad cuius manus deuenit protocollum, etiam si rogatus non sit, & quomodo.
237 Edi mihi debet instrumentum confectum de aliqua re, quæ ad me principaliter pertinet, quamuis non factum à me.
238 Ratificari, an & quando possit facultas probandi.
239 Creditor cui bona debitoris obligata sunt, petere potest exhiberi sibi instrumenta à notario, qui à debitore rogatus fuit, & idem in creditore misso in possessionẽ bonorum debitoris, nu. 240.
241 Singularis successor mandantis petit sibi edi instrumenta à notario.
242 Notarius qui cogitur edere, non cogitur exhibere in publicam formam, sed tantum exhibere protocollum, quod reprehenditur ibi.
243 Notarius actorum omnibus, quorum interest, edere tenetur, etiam in criminalibus. nu. 245.
Etiam si ab eis notarius rogatus non fuerit. nu. 248.
244 Copia articulorum, & positionum semper danda est aduersario.
Et inquisitionis inquisito, tum copia articulorum super fama. nu. 146.
Et indiciorum reo. nu. 247.
249 Liber collationum edi debet ab episcope.
250 Edere debet cuilibet cuius interest, etiam contra se custos à publico deputatus ad custodiam instrumentorum.
251 Editio actorum peti potest in quacunque parte iudicij.
252 Copia interrogatoriorum testium non est danda.
Nec allegationum iuris. nu. 253.
254 Editio debet fieri de mandato iudicis.
255 Copia non datur positionum dependentium à facto proprio.
Positionibus facti proprij tenetur quis statim respondere.
Nisi sit probabilis causa ignorantiæ. nu. 256.
257 Editio, an petatur actorum contra fiscum.
258 Terminus ad accipiendum copiam actorum non datur ei, qui fuit præsens, & negligens in accipiendo eam.
259 Copia indiciorum receptorum ante inquisitionem non datur.
260 Indicia recepta ante inquisitionem parti non præiudicant.
261 Notarius, qui tenetur edere, potest tantum semel compelli.
Nisi ex causa cum causæ cognitione. & nu. 262.
Et quando nullum potest esse periculum. nu. 263.
264 Acta indistinctè edi debent quoties petuntur.
265 Notarius rogatus de aliquo acta si nolit edere, immo se rogatum neget, tenetur pœna falsi.
Nisi esset notarius bonæ famæ. nu. 266. vel lapsum esset longum tempus. nu. 267 & tractetur de damno. nu. 268.
269 Notarius qui interrogatus in senectute, de instrumento ab eo confecto in iuuentute dixit cum iuramento illud instrumentum ab eo scriptum non fuisse, excusatur à pœna falsi.
270 Notarij potius error quàm dolus præsumitur. Id verum in omittendo, secus in faciendo. nu. 271. & 272.
275 Editio quomodo postuletur à tertio.
Edere inuitus non cogitur tertius, penes quem reperiuntur rationes, & instrumenta, potest bene edere volens, a nu. 274.
275 Notarius edere pōt instrumenta, si va ,in casibus, in quibus non compellitur.
276 Acta, an edi debeant etiam à tertio.
277 Protocollum si sit apud tertium semper illud edere cogitur.
278 Edere tenetur depositarius, & sequester, apud quem protocollum reperitur.
179 Notarius quando perdidit protocollum, potest agere contra possessorem instrumenti, vt ipse edat, vt ipse alijs reddere possit.
280 Edere tertius, quando cogatur.
281 Intel. ad tex. in l. 3. §. interdum. ff. ad exhiben.
282 Editionem petendi ius personale est.
283 Edi instrumenta, & rationes quo iure postulentur.
284 Officium iudicis de quo in titulo, ff. de eden. personale est.
285 Extraordinaria remedia simul concurrere possunt.
286 Edi an debeat totum instrumentum, vel pars tantum, & nu. 189.
287 Copia instrumenti si petatur, danda est tantum pars quæ ad petentem spectat.
288 Legatario edenda est pars illa testamenti, in qua legatum continetur, vel alia per quam legatum declaratur. nu. 291. & instrumento. nu. 292.
290 Sequentia declarans præcedentia, & sæpe corrigunt.
293 Edendum si sit instrumentum iudici, totum editur.
294 Statutum, & leges in totum edendæ sunt.
295 Editio statutorum facienda est integraliter, etiam cum additione postea factâ, nu. 296. & 297.
298 Additio facta statuto excipit omnes qualitates prioris statuti, & de ea per omnia idem, quod de statuto iudicatur.
299 Edi non debeat statuta propriæ ciuitatis, limitatur in reformationibus non bene cognitis, nu. 300.
301 Statuti de essentia est, quòd sit in volumine aliorum,
302 Reformatio multum nota habetur ac si esset in volumine statutorum.
303 Editio instrumentorum facienda est post litem contestatam.
304 Productio instrumenti ante litem contestatam, non facit, vt super tali productione possit ferri sententia, nisi iterum producatur.
305 Editio instrumentorum non est de præparatorijs iudicij.
306 Editio facta, vt quis possit deliberare, an cedat, vel contendat, potest fieri ante litē contestatam.
307 Edi debet instrumentum enunciatum in libello, & idem si enuncietur aliud, ad quod se referat, nu. 308. nisi verisimiliter sit penes reum, nu. 310.
309 Iuramento actoris statur vtrum instrumentum nominatum in libello de facili edi possit,
311 Sententiam non tenetur aduersario edere, qui dicit eam nullam.
312 Dispositio quæ sequitur regulam, fauorabilior est.
313 Actor quamuis in aliquibus casibus edere non teneatur reo, tamen tenetur in termino si vult obtinere, producere in non probationis.
314 Instrumentum non probat, nisi in iudicio producatur.

315 Copia

315 *Copia instrumenti producti dari debet aduersario cum termino ad opponendum, aliàs non dicitur facta fides.*
316 *Edendum non est instrumentum, cuius tenor totus insertus est libello.*
317 *Editio in quo loco fieri debeat.*
318 *Notarius tenetur edere instrumentum in loco, in quo confectum est.*
319 *Editionem petens si alibi instrumenta, vel rationes sunt, potest petere vt suis sumptibus, & periculo adducantur, & quando.*
Et quid si offeratur copia rationum. nu. 320.
321 *Actor si alleget scripturas, quibus vult probare suam intentionem alibi esse, & petat mitti ad locum vbi sunt propter timorem in transportando ad locum iudicij, an iudex mittere possit.*
Et quid si scripturae sint penes reum. nu. 322.
323 *Edere siue ensiste, qui tenetur, practica est, quod iudex pronunciet, quod si talis scriptura vnquam appareat, ei nulla fides habeatur.*
324 *Iudex potest statuere terminum actori ad agendum, quo elapso non possit audiri.*
325 *Iudex potest suam iurisdictionem denegare actori, qui non exhibet instrumentum ad mandatum iudicis.*
326 *Contumaciae poenam non patitur, qui obedire non potest.*
327 *Contumacia non videtur iusta causa, vt quis suo iure priuetur.*
328 *Audientia si propter contumaciam denegetur, non in perpetuum denegatur, sed ad tempus.*
Et inter easdem personas. nu. 329.

Xepistolae. ¶Diuiditur in duas partes. In prima petitio ponit. In secunda ibi, ad hoc ipsius repulsio. Reus proprio la instrumenta actori edere non tenetur. h.d. † Primo no. principem[a] obligari ex contractu facto etiam cum subdito.[b] Ita singulariter colligit dominus Abb. post Anto. de But. & Imo. hic. ¶Et per istum text. idem no. Cy. in l. digna vox. in versi. vltimo scias. C. de legi. † Et nedum princeps, sed etiam Deus ipse ex promissione obligaretur, vt Baldus inquit in l. j. in prin. ff. de pac. vbi magistrum sententiarum refert ita dicere. Et de principe, idem Bald. tradit in l. pe. C. de don. inter vir. in l. si. ad fi. C. de transa. & in c. j. in prin. per illum text. de natura feu. † In contractibus n. aequalitas requiritur, & ideo princeps communi iure vtitur, vt Bal. dicit in l. ex imperfecto. ad fi. C. de testa. † Nam quamuis princeps lege positiua non obligetur, a dictamine tamen rationis non est solutus, quia animal rationale est, vt verbis Bal. vtar in l. si aquam. col. 11. ver. 18. C. de serui. & aqua Facit, quod not. Bal. in l. qui se patris. col. 11. ver. hoc scias. C. vnde li. Inn. Abb. & late Moder. in c. nouit. extra de iudi. & And. Sicu. in consi. j. lib. j. ¶ † Et haec adeo locum habent, quod nec etiam de plenitudine potestatis potest princeps contrauenire,[c] secundum Pau. de Ca. in l. digna uox. praealleg. & idem Bal. in c. j. §. ad haec. col. v. ver. item no. ex gl. de pac. iur. fir. Et si aliter diceremus, nullus inueniretur, qui contrahere vellet cum principe, & sic hominum priuaretur consortio, quod esset ualde graue. l. hi qui. C. de apost. & hanc rationem Ro. adducit in consi. 35. inc. quaeritur primo nunquid. circa fi. & prius hoc Bal. dixit in l. princeps. in fi. ff. de legi. Et ista ratio arguit, quod in fauorem principis hoc introductum sit. Sed tamen ob vtilitatem priuatorum potius videtur principis constitutum, ne cum ipsorum iactura decipiantur. † Et ideo omnes contractus, qui fiunt a principe, habent naturam contractuum bonaefidei.[d] vt inquit Bal. in c. j. §. si quis vero. in prin. de pace Constan. in vsib. feudorum. ¶ † Subijcit dominus Abb. & Mod. hic sequuntur, quod obligatio, qua princeps astringitur, est duntaxat de iure naturali, ciuiliter vero non obligatur, & ita tenent Ant. de Bu. Imo. & communiter alij. † quia naturalis obligatio a principe tolli non potest. §. sed naturalia. inst. de iure naturali. per Imo. & alios in c. quae in ecclesiarum. de consti. Quasi velint principem ideo naturaliter obligari, quia naturalis obligatio immutabilis sit, ciuiliter vero non teneri, quia tolli, & mutari potest ciuilis obligatio, vt in §. si. insti. de iure natu. Ista tamen ratio non multum satisfacit, quia licèt princeps ciuilem obligationem tollere possit, non tamen constat, quod illam tollere uoluerit. † Nam in quolibet actu potentia requiritur, & uolūtas. l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi c. quam Abb. extra de of. del. † Et in dubio videtur princeps vti iure communi. arg. l. in testamēto, C. de testa. mili. facit tex. no. in c. proposuit. de concel. praeben. l. ex facto. ff. de vul. & pu. subst. & est dictum no. Inn. in c. innotuit. de el. ad fi. Ang. sequitur in l. bene a Zenone. col. i. C. de quadri. praes. & quod tradit etiam Inn. in c. dudum. ij. de deci. Bal. in l. bonorum. in prin. C. qui admit. cum si. Et maxime hoc dicēdum videtur in contractib. per supradicta. ¶ † Praeterea, licèt naturalis obligatio tolli non possit, impediri tamen potest ne nascatur, l. si non sortem. in prin. ff. de cond. indeb. vbi Bart. in l. cum lex. vbi Bart. ff. de fideiusso. & ideo rationes istae non vrgent. ¶ † Secundo pro communi tamen opinione arguitur, quod princeps non obligetur ciuiliter, quia ciuilis obligatio a lege inducitur. inst. de ob. in prin. ibi, secundum nostrae ciuitatis iura. † Sed princeps legib. solutus est, in l. princeps. ff. de legi. in l. digna vox. C. de legi. ergo non obligatur ciuiliter. ¶ † Sed ad hoc respōderi potest, quod ab illa regula, quae habet, principem non obligari legibus, casus noster excipitur, scilicet in legibus, quae contractus respiciūt, quib. voluit princeps obligari, ex quo iura dicunt, principem teneri ex contractibus hic. cum sim. Nam tali casu videtur princeps voluisse legibus se subijcere. ar. l. receptum. ff. de iurisd. om. iud. & in c. nos si incompetenter. 2. q. 7. in prin. ¶ † Tertio, & postremo pro eadem parte arguunt Mod. hic quia argumētum valet de lege, uel statuto[e] ad cōtractum gl. no. in l. non impossibile. gl. si. circa si. ff. de pac. gl. si. in l. domini praediorum. C. de agric. & censi. lib. 11. & quod voluit gl. in rub. C. de decu. lib. x. Sicut ergo princeps nō obligatur legib. ita non videtur ex pacto, vel contractu obligari. Sed respondetur, quod in isto casu est longè diuersa ratio in contractu a lege. Nam contractum facit princeps, vt priuatus, vt cum omnibus facultas contrahendi sit communis, & ideo obligatur sicut alius quilibet priuatus, legem vero facit tanquam princeps cui soli hoc competit. l. si. C. de legi. & ideo non obligatur, quia se gerit pro principe, qui legibus solutus est l. princeps. ff. de legi. Et istud est, quod Bal. dicit in l. j. in prin. ff. de const. prin. dum inquit, quod licèt princeps non obligetur lege legis, ligatur lege cōuentionis. & latius declarat Are. hic. Et ita tollitur argumentum de lege ad contractum, † quia illud non procedit, vbi diuersa ratio habetur, vt no. in d. l. non impossibile. de pact. † Item argumentum, quod solet fieri de lege ad contractum, respicit potestatem, quia quod per legem non potest fieri, nec per pactum poterit. Sed in quaestione nostra non potestas, sed voluntas principis consideratur, quae est velle ex contractu obligari, licèt legibus solutus sit per supradicta. ¶ † Contra opi. communem tamen, quod immo ciuiliter[f] princeps obligetur, expresse tenet Bal. in l. princeps. ff. de legi. quia in contractibus debet esse aequalitas. Vnde sicut contrahens obligatur naturaliter, & ciuiliter ipsi principi, ita princeps debet obligari. facit tex. in l. cum emptor. ff. de rescin. vēd. ¶ Are. huic rationi respondet, & Mod. sequuntur, quod hoc tolleratur in principe, vt contractus claudicet, sicut in pupillo. l. Iulianus §. si a pupillo. ff. de act. emp. Et idem in ecclesia, vt no. in c. i. infra ne sede vacan. Hoc simile, quod Are. includit, euitari potest, quia alia ratio videtur in pupillo, vel in ecclesia, quàm sit in principe. Nam contrahenti cum pupillo, vel ecclesia potest imputari, quod solennitatem requisitam in contractu non adhibuit, sed in principe hoc non potest cōsiderari. cum nullo modo ipse obligetur, & hoc etiam ad aliud propositum considerat ipse Aret. & ita fundamentum Bal. videtur bene procedere. ¶ Et praedictam opi. Bal. quod princeps obligetur ciuiliter, sequitur Are. quamuis vltra Bal. alijs rationibus moueatur. Et primo per tex. in l. i §. si. cum l. seq. de offi. procu. Caesa. vbi ad fiscum haereditatem princeps obligatur, & talis obligatio ex quasi contractu iota dicitur, de iure ciuili, vt per Bar. in l. ex hoc iure, col. pe. ff. de iust. & iu. ergo obligari uidetur ciuiliter. ¶ Secūdo allegat tex. in l. bene a Zenone. C. de quadr. praescr. ubi actio datur contra principem, ergo obligatur ciuiliter, quia naturalis sola actionem nō producit. inst. de obli. in prin. & illum text. in d. l. bene a Zenone. prius allegauit Bal. in proemio feu. col. 12. in uer. expedita distinctione, & ita simpliciter tenet, & transeunt Mo. hic. ¶ Sed tamen tenēdo cōem opi praedictis oib. rōderi pōt. Et primo ad fundamentum Bal. dicatis, quod in effectu nulla erit inaequalitas, cum sola naturalis obligatio in principe probabiliter dici pōt, quod habeat effectū, & actionē producat, ex quo ipse nō potest aliter obligari. ita no. uidetur hic probari, & per illum tex. expresse hoc sentit Ant. de Bu. in c. quae in ecclesiarum. co. pe. extra de cōst. † Ipse n. remanet in terminis iurisgētium, ut Abb. dicit in d. c. quae in ecclesiarū col. pe. extra de const. uer. nō tamen facere pōt facit quod no. Bal. in l. rescripta. ad si. C. de precib. impe. offeren. † Hoc etiam suadetur, quia ne quis indebitè dānū patiatur, naturalis sola ex pacto nudo effectū producit, ut no. Bar. per illum tex. in l. elegāter §. seruus pactionis. ff. de dolo. & idē dicit Ang. allegando illū tex. in cōsi. 1. inc. uisis supradictis. in fi. col. ibi, nec mirū. † Et ad hoc etiam facit, quia ubi actio non competit aequitate subsistēte, officio iud. succurritur. l. planc. ff. de peti. haer. facit tex. in capitu. ad apostolicā. ubi

ADDITIONES.

a ¶Principem. Vide Barba ad Alex. consi. fina. lib. 4. nu. 13. cum seq. Dec. consil. cccclxxx. & consi. 000. Alber. Brun. in consi. 13. & consi. 110. Alcia. in tract. praesum. reg. 3. praesump. 5.

b ¶Syl. Ald. Subdito. Vide quae ponit idem Dec. in c. 1. in 2. lectu. in 3. col. circa med. de consti.

c ¶H. G. Cōtrauenire. Adde eūdē Dec. in cōsi. 78. in 3. col. in versi quarto ista cōclusio. & adeo firmum est hoc, quod princeps ex contractu ligetur, quod licèt alias in principe praesumatur causa licet ea non appareat, tamen si uelit contrauenire contractui à se celebrato, cā non praesumitur, vt no. Abb. in c. quae in ecclesiarum extra de const. & ibidem per Fel. in 11. col. ver. limita secundo.

d ¶Bonaefidei. Vide Bal. consi. 24. lib. 2. Fran. Cur. senior consi. 45. Ant. Burgo. c. cum dilecti. de emp. & ven. Fxapo. in c. j. de nat. feu. in vsi. feu. Sed idem in ciuitate, Alex. apud Bar. in l. Caesar. de publica Ias. in l. ciuitas. ff. si cer. pet.

e ¶Hier. Gig. Statuto. Quod valeat argumentum de statuto ad pactum, vel cōtractum, vide etiam Soz. in l. certi condictio. §. quoniam. in 2. col. in prin. & per eūdē in consi. 105. incip. visis inuestituris. in 9. col. in ver. decimo. & vltimo.

f ¶Ciuiliter. Haec uera, alioquin nullum esset cum eo ciuile commercium, nulla in eum legis actio, nulla enim actione teneretur, & haec illa communis opinio fanatica est, & meum delicium.

vbi Host.& alij, Infra de simo.in l.j.§.cum patronus.ff. de off.præfec.vrb.Et sic concludo, ꝙ princeps, ca naturali obligatione sola adstringatur eum aliter ipse non possit obligari, per istū tex. cū si. Et si dicatur, attenta hac ratione, ergo etiam seruus ex sola nāli poterit conueniri, cum etiam ipse ciuiliter obligari non possit. Respōdetur, quod alia ratio pactum reformat.† Nā 23 in seruo obligatio ciuilis non datur odio ipsius, quia pro mortuo reputatur quo ad ea, quæ sunt iuris ciuilis.l.seruitutem.l. quod attinet.de regu.iur. In principe vero hoc contingit fauore eius, & in seruo nulla est inæqualitas: quia sicut ipse alijs ciuiliter non obligatur, ita nec alij sibi. Secus in principe, cui alij obligātur, & sic rō diuersitatis manifesta est. ¶ Non obstant, q̃ Are.inducit. Et primo rō, quam fortissimam ipse dicit, q̃ fundatur in d.l.i.in fi.de offi.procu.Cæs.† Quia pro responsione 24 considerandum est, ꝙ obligatio, quæ ex aditione hæreditatis nascitur, licèt à iure ciuili inducta sit, vt Aret.dicit, cum illa m̄ naturalis obligatio concurrit, aliàs sola ciuilis non esset potēs ad agendum, vt no. Inst.de obli.in prin. Hoc probat, & declarat Bar.in l.interdum.ff.de cond.ind.in 3.col.Pau.de Cast.in l. ea hoc iure.in rep.vl.q.de iust.& iur.ff. Et hoc patet in stipulatione, quæ inuenta est a iure ciuili.§.de const.Inst.de act. & tñ in ea requiritur naturalis obligatio, & facta sine consensu nō valet, l.j.§.adeo.ff.de pac. Et idem in alijs contractibus, qui a iure ciuili tantum inducti sunt, de quibus per gl. Inst.de iure nāli, §.ex hoc iure.in ver.pœna. Princeps ergo, qui ī tali casu obligatur ex sola naturali, quæ sibi cōgruit, videtur adstringi, quæ naturalis sola in principe effectum producit, ex quo aliter nō pt 25 ipse obligari, vt s̄.dixi. ¶ † Secundo potest responderi, ꝙ spāle sit, qñ princeps alteri succedit, qa tūc obligatur, vt priuatus, & non vtitur priuilegio, vt de fisco dr in c.fiscus.in prin.ff.de iure fisci.& in l.cū quidam.§.fiscus.ff.de vsur. ¶ Tertio cōsidera diligenter, quia ista ratio, quam Are.habet pro cōcludenti, nō vr̃ procedere, ēt secundū intentionem eius præsupponendo, ꝙ in actione adesset sola ciuilis obligatio. Nam non sequitur, ubi est sola ciuilis obligatio, princeps obligatur ciuiliter, ergo etiam obligatur ciuiliter, quando ciuilis concurrit regulariter cum naturali, vt in contractu. Ratio aperta est, quia vbi reperitur naturalis obligatio, satis consultum vr̃ esse cōtrahentibus cū principe, ex quo illa naturalis habet effectū, per supradicta. Secus vbi tm̄ est ciuilis, quia nisi ciuiliter princeps obligaretur, creditores & legatarij essent decepti, qa nullo iure prīceps esset obligatus. Prima tñ responsio magis placet. secunda & tertia disputatiue potest tolerari. ¶ Ad text. in d.l.bene a Zenone, quē postremo adducit Are.dici potest primo, ꝙ in actione reali loquatur. ibi, actiones in rem, quę nullā obligationem præsupponit.§.1.inst.de actio.vnde ex hoc nō pōt inferri, ꝙ ciuiliter obligetur. Vel secundo, dato ꝙ in actionibus personalibus loqueretur, illud ideo vr̃, quia ibi princeps in locū priuati succedit. Nam nō prohibet ne actiones, quę ꝯ priuatum competunt, ꝯ illum intententur: sed vult ꝙ ꝯ ipsum principē retorqueant ac dirigantur. Et ideo cū subintret ibi locū priuati, nō vtitur prærogatiua eius, l.fiscus.in prin.ff.de iu.fis.& s̄.dictū est. ¶ Tertio, vt ex s̄.dictis colligir, dici pōt, ꝙ q̄uis loquar̃ de actionibus, ibi intelligitur ꝑ iure petendi, ꝑut erat ēt de iure gētiū, nō ꝙ formaliter actiones sint, prout in priuatis consideratur, vt obligationē ciuilem præsupponant, iuxta l.licet.§. ea obligatio, ff.de proc. nā ꝯ principē hoc dici nō pōt, qa subiectū non est habile, vt recipiat ciuilē obligationē, cū ipse sit solutus legi 26 bus, a qbus causar̃ ciuilis obligatio. † Remanet ergo princeps in terminis iurisgentiū, & ex sola naturali potest conueniri, ꝑ ea, quę supradicta sunt, & tradit do.Abb.in d.c.quę in ecclarū. col.pe. Et ita ex prædictis patet, ꝙ pro vtraq: parte iste articulꝰ 27 disputabilis est. ¶ † Retenta conclusione, ꝙ princeps ex contractu efficaciter obligetur, limitatur in quibusdam casibus non 28 procedere, quibus obligari princeps prohibetur, † vt qa per cō a tractum aliquem locum subijceret [a] multis hoībus loci, nam hoc facere non potest, dictum eu no.Host.quem ibi loā.And. Anto.de But.& alij sequūtur in c.dilecti.supra de maio.& obe. no. Bal.in c.1.§.si quis in ver.adde dicit Host.quo tempo.mil. & idem Bal.in c.1.§.in generali.in ver.quæro vtrum Rex Frāciæ, si de feu.fue.contro.inter dominum, & agna.facit no.dom̄ Host.in c.quanto.vbi Ant.de Bu.in 2.co.& alij, infra de iureiu. 29 † dum inquit, ꝙ princeps faciens pacem cum inimicis, non pt in præiudicium subditorum, qui passi sunt damnum, aliquid remittere, & idem Bal.dicit in l.quicunque col.fi.C.de ser. fug. gl.& Do.in c.auctoritate.§.fi.in gl.in ver.propriam.de priu. in 30 6.cum si. ¶ † Similiter si cōtractus principis magnam diminutionem suæ iurisdictionis contineret, non tenet etiam si adhibeatur iuramentum, c.dilecto.& quod ibi Bald. infra de iureiu.& per illum tex.ī d.c. dilecto.idem Bar.dicit in l.prohibere, §.plane.ff.quod vi, aut clam.Bal.in l.pe.C.de bonis, quæ lib. & in proœmio feudorum.col.9.versi.expedita distinctione. cum 31 concord. ¶ † Similiter si ante promotionem aliquid a principe, vel Papa promittatur in præiudicium dignitatis, promissio non valet.c.sicut nostis.j.de iureiu vbi Abb.in 3.not.infert ad Cardinales, qui aliqua promittunt ante creationem si eorum 32 aliquem promoueri contingat. † Sic etiam si contractus fieret super regalibus, iuxta ea, quæ habentur in c.1.quæ sint rega. prīceps non tenetur. Bald.not hoc dicit in tī. de pace Constan.in ver amplius consueuerunt. Et ista sunt breuiter, quæ extensius Mod.hic tradunt. ¶ Sed considerandum est, quod in istis, & similibus casibus, princeps ipse videtur efficaciter obligari, vt 33 ad interesse possit conueniri. † Sed eius contractus ad præiudicium alterius non extenditur, vnde ista diuersa sunt. ¶ Postremo non omitto vnum, quod Areti. hic dicit ad limitationem eorum, quæ superius dicta sunt. Nam ipse concludit, quòd obligatio naturalis in principe effectum non producat, si ex cā lucratiua prouenit. Et ita, secundum eum, saluatur opin. Anto. de Bu.hic, qui dixit hanc obligationem principis inefficacem esse, & hoc sensit Cy.in d.l.digna vox.C.de leg. ¶ Certe hoc dictum, quod latius hic Are.in 2.col.prosequitur, non vider̃ ab 34 sq; dubio procedere, † quia tex.hic generaliter loquitur, ꝙ ex ꝯtractu princeps obligetur, ergo generaliter debet intelligi, ēt ꝙ ī uno casu maior rō, q̄ in alio videatur, tex.no.in l.1.§ quod āt. ff.de aleato. in l.in fraudē, in fi.ff de testa. mil. facit tex. in l.1.§. generaliter.ff.de leg præstan.19.dist in c.si Romanorum, c.solitæ.de maio.& obe.& contrarium nō ꝓbar̃ iure, ergo erubescimus sine lege loqui.l.illā.C.de coll.§.cōsideremus. in Auth.de 35 trien.& semi. ¶ † Comprobar̃ hoc duplici rōne. Prima, qa quilibet priuatus ex nudo pacto, & sic nāli sola obligatione obligar̃ in donatione.l.si quis argentum.C. de do.& ita facilius in tali ꝯtractu qs obligatur: ergo a fortiori idē est in principe, cuius præ- 36 cipuum † est liberalitatem exercere.c.1.j.de do.l.2.§.fi.ff.de dona. ¶ Secunda rō est, qa obligatur princeps rōne consensus. Si ergo ex causa lucratiua consensu debet adstringi, cum vis tota sit in consensu, & quantum ad cōsensum nulla rō diuersitatis vr̃ posse assignari, ergo nec diuersum ius debet constitui.l.il- 37 lud.ff ad leg.Aqui.l.a Titio.de ver.ob.c.translato, de cōst. † Se- b cundo no. ꝙ obligatio principis ēt ligat successorem [b] in dignitate, & ꝑ dñm Abb hic: & ideo Bal.hic infert, ꝙ pacta inita inter Imperatorem Federicum, & ciuitates Lombardiæ, debent per successores in imperio obseruari. idem Bal. in locis s̄. alle. præcipuè in d l.digna vox no.Bar.in l.prohiberi.§ plane.ff. qđ vi, aut clam.dum all.tex.in c.Abbate sanc.de re iud.Old.in cō- 38 si.94.in e.eleganter.ad fi.Facit, qđ hr̃ in c.1.j.de sol. † Et hoc intellige, quando sub nomine dignitatis contractus fuit celebratus, vt dicit hic do.Abb.per tex.& quæ ibi habentur in c. quoniam Abbas.supra de offi dele.ubi videndum est. ¶ Tertio no. & singulariter, secundum do.Abb. imperatorem coram Papa 39 posse conueniri. † Ex quo infertur, ꝙ ipse imperator quādo est reus, in propria causa iudex esse non possit: & iura, q̄ dicūt imperatorem esse iudicem in causa propria. 24.q.3. Gullilarius. tex.in l.proximè.ff. de his, quæ in testa.delen.in l. & hoc Tyberius, ff.de hær.inst.l procedunt, quando agit Imperator, & ipse est actor. secus si sit reus, quia coram Papa debet conueniri, vt hic, secūdum Abb.qui idem dicit esse in quolibet, qui superiorem nō recognoscit ¶ Aret.hic insurgit ꝯ istud dictū, & concludit Imperatorem, & alium, qui superiorem nō cognoscit, etiam si reus sit, non posse in facto proprio iudicare. Mouetur per tex.cum gl.in l.2.C.de quadr.præscr.vbi Imperator, q ut reꝰ 40 ꝯuenitur, dat iudicē, ergo vr̃ iudicare in cā propria. ¶ † Secundo, quia non recurritur ad Papam, nisi quando Imperator est negligens in administrando iustitiam, ut tradunt Inn.& alii in c.licet ex suscepto.supra de for. compet. non ergo immediatè Papa adiri potest. Istę rationes, cum quibus Mod.transeunt nō urgent. Et primo tex.in d.l.2. non probat id, qđ Aret. dicit. Sed dato, ꝙ uerum sit ꝙ Imperator, contra quem agitur, det iudicem, ut gl.dixit in d.l.2.non ualet cōsequentia, Potest dare iudi- 41 cē, † ergo potest ipse cognoscere, & iudicare. Nam eps in casib. in quibus non est iudex, dat iudicem, ut no.dicit Host. in sum. in ti.de sen.§.quis debet sententiam.uer.sed nunqnid pōt eps. Quòd dictum pro ualde no.Rom.refert in l. qui iurisdictioni. ff.de iuris.om.iud.& uide gl.in c.nouit. in uer.nostram.de iud. & Abbas in c.si quis contra clericum.de foro compe. ¶ Non ob.dictum Inn.& aliorum in d.l.licet, qa non loquuntur in cā ipsius principis, sed in causis illorum, qui sunt sub principe, in quos habet ipse iurisdictionem, quæ ab eo non aufertur, nisi ꝓpter negligentiam, & ita uidetur uoluisse dom.Abb.hic, qui refert illud dictum Inn.in d.c.licet.& eo non obstante ita dicit, & idem uoluit Abb.in c.nouit.col.7.& in glo.in uer.iudicare.

s̄.de

ADDITIONES.

a ¶ Subiiceret. Mart.Lauden.de prin.§.56.Are.in l.2.in fi.prin.ff.so.matrimonio. Pet.Philip.Cor.in consi.321.lib.4.Fran.Ripa de resc.respon.25 Philip.Dec. in consi.564 Alber.Brun consi.12.Curt Iun.in consi.274.

b ¶ Successorem. Vide Alber.Bru.in consi.1.

§. de iud. in c. exposita. i. §. de arbi. & in c. cum uenissent. §. de iudi. facit, quod no. Abb. in c. si necesse. infra de don. inter vir. & Bal. in c. imperialem. §. i. col. j. de prohi. feu. alie. per Fed. ¶ Pro opin. Are. m facit, quia si imperator est iudex in cā propria, qñ est actor, idem à fortiori dđm si sit reus, quia fauorabiliores sunt rei, q̃ actores. l. fauorabiliores, de reg. iur. Et, ꝙ Papa nullo mō immediatè contra non recognoscētem superiorem adiri possit, probatur in c. nouit. §. de iud. vbi Papa protestatur, ꝙ nō intendit iurisdictionem regis turbare, nisi ratione peccati, quo casu ipse plenam habet potestatem. & tamē ibi, vt reus rex cōuenitur. Idem vr̃ probari in c. per venerabilem. in ver. insup. j. qui filij sint legit. vbi tunc demum Papa cognoscit contra regem non recognoscentem superiorem, si eius iurisdictioni rex se subijciat, & non aliter. Ergo datur intelligi, ꝙ Papa regulariter non sit iudex contra non recognoscentem superiorem sed ipse sit iudex in propria cā, vt expresse de feudo dicitur in d. c. nouit. & tenet Bal. in l. 2. circa finem. C. de senten. quæ sine certa quanti. vbi in ciuitate loquitur Angelus in l. j. C. ne quis in sua causa. facit, ꝙ notat Bar. i l. alius. §. bellissimè. ff. quod vi, aut clam. ¶ Non ob. tex. hic, quia respondet Are. ꝙ hic aditus, fuit iudex rōne peccati, iuxta c. nouit. §. de iud. vel tanquā mediator. qđ suadet, quia non fuit citatus Imperator, vt iudex faceret. ¶ Opin. tñ Abb. pōt saluari, vt locū hēat in arduis, sm Are. hic, per gl. in c. grādi. de suppl. negl. præla. in 6. quæ voluit Papā posse priuare principē, qui superiorē non recognoscit & pbat in d. c. alius. 15. q. 6. in c. apostolicæ. de re iudi. in 6. & hoc æqtas suadere vr̃, cū nō sit verisimile, quē iudicaturū ꝯ se, vbi ageret de statu, vel de maiori parte regni sui. Facit, quod voluit gl. not. 2. q. 1. in c. cū pastoralis. & in c. irrefragabili. §. si. in ver. delega. §. de off. ord. ¶ 42 †Quarto, & vltimo no. ibi, medium, sm Abb. post Io. An. & alios, ꝙ iudicium appellatur mediū. [a] est enim mediū 43 inter actorem, & reum. Ad idem tex. in l. nullus. C. de iud. †Sed certè non uidetur in tex. hoc probari. Præcisè. n. hic iudicium mediū appellatur, sed generaliter accipit medium p vsu quodam loquendi, dū aliquid coram plurib. pponit, nō solū in iudicio, sed ēt extra iudiciū, vt in c. bñ quidē. 96. dist. ibi, deferatur in medium & in l. filiæ dotē. C. de coll. ibi, in mediū conferre. & in l. prætor. §. Iulianus. ff. de col. bo. in c. j. de reb. ecc. nō alien. in 6. Et de medio no. Do. in c. nō solū. de app. in 6. per illum tex. Et plurib. modis medium consideratur, vt no. Io. An. in c. pterea. el 2. & ibi Abb. de app. 44 †Et medium, secūdum quod capit p Io. An. & alios hic, illud dr̃, quod īter duo extrema clauditur. [b] & hoc Abb. dicit per illum tex. in c. consuluit. in prin. in 2. not. de offi. dele. facit tex. in l. 3. §. filius inter media. ubi Are. ff. de li. & posth. & hoc ēt no. Bar. in tracta. de insula. in verbo, qđ frequēter. 45 †Reperitur aliud medium per æque distātiam, id est, ꝙ distat æqualiter ab extremis. §. cum aūt. Inst. quib. ex cau. manu. licet. no. in l. antiqui. ff. si pars hær. pet. Et ita de medio Bald. distinguit in l. q sella. §. fi. ad fi. ff. de ser. ru. præd. Et de medio aīt Bal. loquit in l. j. in prin. ff. de ori. iur. dū inquit, ꝙ medium occupat tertiam partem. finis aliam, & principium aliam. Et in statutis, qđ dicatur esse medium, in not. q. Bart. tradit in l. 4. ff. de fur. Et qñ attendat medium no. gl. in c. j. in ver. modū. §. de off. custo. in l. solet. §. fina. ff. de off. pcon. est materia brocardica, vt Azo psequit in suis brocardis in j. char. 46 ¶ †Illud vtiliter not. ꝙ vbi rōnes sunt hīc, & inde, & Doctorum auctoritates, adeo ꝙ cōis opi. facile discerni nō pōt, tūc pbabilis est sñia iudicis, q mediā viam sequit. [c] [*] & isto casu saluat opi. gl. in l. Nesennius. ff. de neg. ge. dū dixit talē eē rusticorū sententiā. Ita solenniter in cā magni ponderis consuluit Per. de Anc. in consi. 471. inc. ioter ꝯ ia. & varia consilia. & idem Bal. voluit per illū tex. in l. paterfi. § fi. cum l. seq. ff. de hære. inst. Ale. de Imo. idem dicit per illum tex. in l. Titia. ff. ad Treb. in 3. no. Et ad idē bonus tex. in l. nō sine. C. de bo. quæ lib. in l. filio. ff. vt in poss. leg. in l. si fundū. §. fi. cum l. seq. quæ incipit, ita vt omnes. ff. man. vbi Sal. & dictā l. alle. Bal. in l. 1. col. 7. ver. 6. quæro. C. si seruus exic. facit, qđ not. Bal. in l. cum proponas. col. j. C. de reli. cred. & quod voluit Bar. in l. si duo. in prin. col. fi. ff. vti possid. Vincen. Abb. & alij in c. licet causam. j. co. cum si. Ex his hactenus expedita sint, q̃ in ista decretali extrinsecus occurrunt. ¶ Nunc superest vt altiori indagine materiam editionis aggrediamur, quæ est propriu dos huius capituli. Et inhærēdo uestigijs domini Abb. tota materia in 4. prin. qōnes diuidit. Prima erit de personis. an, & qñ instra, vel rationes edere compellantur, & in discursu huiusq. etiam quibus edēdum sit, apparebit. Scđa, quo iure editio fieri petat. Tertia quæstio erit, quomodo editio debeat fieri. Quarta quādo, quo tempore, & loco edendum sit. ¶ Circa primam quæst. prin. vt distinctè procedamus, de quatuor dubitari contingit. Primo, an, & quando reus actori edere teneatur. Secundo ꝯ, an, & quando actor reo. Tertio, quid de notario. Quarto, qñ tertius edere cogi possit. 47 ¶ †Ad primum conclusio sit, & regula, q̃ per istū tex. colligit, ꝙ reus instra actori non cogitur edere, & in hac cōclusione, oēs Doc. cōcordāt, vt Bal. dicit, qui plura exempla ponit in l. i. §. editiones. in 4. ver. venio ad exempla. ff. de ed. 48 †Idem est in rōnib. l. j. C. de edē. nam actor debet esse instructus. l. si qñ. C. de dila. & pprias probationes a seipso adducere l. nimis graue. C. de testi. c. j. de app. in 6. c. fi. de dolo, & contu. 49 †Et si dicatur, reus tamen cogitur positionib. actoris respondere, & si confiteatur, intentio actoris fundatur. c. j. de cōfes. in 6. Vnde sicut tenet propriam uocem edere ad probandam intentionē actoris, ita uidetur dđm, ꝙ instrumentum, licèt proprium, exhibere teneat. ¶ Ad hoc rńdet Anto. de Bu. Abb. hic, & Mod. ꝙ respectu confessionis rei non potuit esse instructus actor, cū talis confessio non sit in eius potestate, secus est in instrumentis vel rationibus, qa in his a principio potuit se pparare. & istam rōnē dñic originaliter tradūt Frā. Vercel. & Io. An. in d. c. j. de cōfes. in 6. vbi Domi. sequitur hoc in j. col. ¶ Sed q̃uis rō ista ab oībus approbetur, mihi tñ nō satisfacit: qa licèt actor non possit instrui ex ꝯfessione rei, potuit tñ se aliter pparare, vt aliis modis probaret id, super quo vult habere confessionem rei, nam rō prædicta bona esset, si positiones tñ admitterentur in his, q̃ de sui nā aliter probari non possunt, nisi per confessionem, ut in negatiua dr̃, d. c. j. de confes. in 6. 50 ¶ †Sed cū generaliter in qualibet cā positiones fiant ad faciliorē probationem, vt dr̃ in cle. sæpe. §. verum. in uer. sed qa positiones. de verb. sign. rō §. dicta nō vr̃ procedere, cū agenti imputari possit, ꝙ aliam pbationē 51 non parauerit æquipollentem confessioni. †Vnde aliter respōdendum est, & dico, ꝙ ratio manifesta differētię est inter instra & confessionem, quæ fit mediantibus positionibus: qa si ppria instra cogeret edere, immediate pbaret ꝯ se, & ex tali productione præcisè ipse conuinceretur, contra l. nimis graue, cū si. Non sic in confessione, qa ipse non cogitur confiteri positiones. & licèt teneatur rńdere poterit negare, & iō ex respōsione præcisè non insurgit probatio, cum non cogatur confiteri, & si cōfiteatur, imputatur sibi. Sic ēt ī instrumentis, si vellet, posset exhibere, vt j. dicam. ¶ Non ob. si dicatur, ꝙ reus cogit cōfiteri veritatem pp iuramentum calumniæ ab eo præstitum, quia hoc nō cōsideratur, vt patet ī instrumēto, qđ reus hēt apud se, qđ tñ non tenetur edere ꝯ se pp iu. sm calumniæ. ¶ Retenta ergo conclusione, q̃ communiter oēs tenent, ꝙ reus nō teneatur edere actori instrumenta, vel rationes ad intentionem actoris, 52 probādam, limitatur pluribus modis. ¶ †Primo, vt nō habeat locum in fisco agente, cui ex speciali priuilegio reus propria īstrumenta edere cogetur. l. nec qsq̃. ff. de edē. vbi Bal. & oēs hoc tenent. sequūtur hic Abb. & alij. Sed in illo tex. non vr̃ hic bñ pbari, quia loquitur negatiuè, dum inquit, ꝙ reus alia instra nō cogit edere, q̃ q̃ ad causam pertinēt, ex qua se defendere pfessus 53 est. †& oratio negatiua nihil noui inducit, ut Bal. declarat in l. 2. C. de cond. iob. cau. dat. fi. per l. ex facto. la j. ff. de hære. insti. & tex. in l. Titia. §. fi. ff. de manu. testam. Confirmatur hoc, quia videt ibi potius Iurisconsultus uelle minuere editionem, quæ a reo petitur, quàm illam ampliare, vt ex modo loquēdi colligitur. 54 †ideo inducta ad diminutionem, non debēt operari augumētum l. legata inutiliter. de leg. primo. & tex. ibi loquitur præsupponendo. vnde intelligitur in casibus, quibus aliās edere cogit, puta in instrumentis, quibus reus est usurus. l. j. §. edenda. ff. de eden. & hoc tex. innuit ad fi. ibi, ex qua se defendere professus est. Quidquid sit, ista tamen conclusio probatur in l. 1. §. diuus. el j. de iure fisci. in uer. item diui fratres. ubi dicitur quod toties fisco edendum est, quoties de re nummaria agitur. Ista regula generalis est, nec aliquo modo restringi debet, sed generaliter, etiam fisco agente intelligitur, ut edatur ad fundandam inten- 55 tionem. ¶ †Primo, quia iura, quæ loquuntur generaliter, debēt generaliter intelligi c. solitæ. de maio. & obe. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. cum uulga. ¶ Secundo, quia tex. hoc tantum dicit ubi agit de re pecuniaria, ergo loquitur fisco agēte, nam in reo sibi indistinctè edit, ut j. dicam. ¶ Tertio hoc suadet, quia subiicit ibi, ꝙ fisco nō sic edit ī causa capitali, & in tali causa fi 56 scus est actor, siue accusator. †Ergo datur intelligi, ꝙ regula pcedens loquatur fisco agente, quia una pars per aliam declaratur, l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. j. l. uerum. de peti. hære. & exceptio declarat regulam l. nam quod liquidè. de penu le. ¶ Quarto, uam

ADDITIONES.

a ¶Syl. Ald. Medium. De hoc uide ēt Dec. in c. consuluit, in 6. no. de offi. deleg. & vide Dec. in c. præterea. col. pe. j. de app.

b ¶H. G. clauditur. Quod medium sit, quod clauditur inter duo extrema, notat etiam idem Dec. in c. consuluit. col. 5. in uer. sexto no. de offi. deleg.

c H. G. Sequitur. Adde rel. in c. 1. col. fi. in uer. secundo no. j. de consti. ubi late psequitur illum articulum, quando sit standum communi opi. & ibi ponit Dec. in 11. & 12. col.

* ¶Syl. Ald. red. Lozzan Hyspan. in add. ad Lancel. Galiau. in rep. l. centurio, col. 97 in add. inc. illam partē. in fi. ff. de uul. & pu. & uide Dec. consi. 98. col. 4. in fi. Cuma. in consi. 124. in fi. & uide tex. in §. cum ex aliena. inst. de rer. diui. Sor. consi. cl. col. antepe. rel. in c. cum causa. col. 2. de testi. Dec. in c. licet causam. co. pe. j. eo. in c. 1. col. fi. in 1. lect. ver. 4. concludo. de consti.

to, nam tex. expresse ibi dr̃iam facit inter causam capitalem, & pecuniariã. Sed talis distinctio tantum cõuenit fisco agenti, in reo non procedit, cui semper editũr pro defensione. vt s̃. dixi. ¶ Vlt. quia tex. ibi intendit spãliter aliqd in fisco disponere. iõ illa regula gñalr intelligit̃, vt dixi: aliàs non esset dr̃ia inter fiscũ & priuatum. Et ita his rõnibus cõprobatur hæc prima limitatio, quam simplr̃ Doc. tradũt, vt fisco teneatur reus edere ad fun-

23 † Sc̃do casu, idem dđm est, si pp metum partis non appellauit. Facit tea.in c.statutum §.cum vero.de rescri.in 6. Et quod dr̃ de parte aduersa, idem est in consanguineis eius, & ꝯiunctis. c.cõstitutis. el 1.& c seq.quod ẽt incipit constitutis.s̃.de testi. Et idẽ si consanguineo appellantis metus inferatur. c.sciãt cũ cti.de elec.in 6. ¶ 24 † Tertio casu.qñ a statuto prohibetur sub pœna appellare, etiam iustus metus esse dr̃, vt Abb. hic concludit post Io.And.& alios. Nam nõ solũ in armis, sed etiam in statutis terribilis metus consistit, vt no.Bal.in l.omnem, in fi.C.ad Ter.vbi alleg.Cy.in l.2.C.quod met.cau.cum si. Et in probando metum certa regula dari non potest, sed arbitrio iudicis cõmittitur,[a] vt not.glo.in versic.mortis. Inno.& Docto.in c.cum dilectus.s̃.quod me.causa Bal.in d.l.2.C.de his, qui ꝓpter metum iudi.non app & gl.& Bal.in l.interpositas.in ver. cruciatus.C.de transa.& ad hoc est tea.in l.3.in fi.ff.ea qb.cau.ma.ibi, 25 sed huius rei dispositio iudicis est. ¶ † Postremo notandum est circa ꝓbationem metus, ꝙ plus credit̃ duob.testib. deponẽtibus de metu, & violentia, q̃ centum deponentibus de libera voluntate, vt no.dicit Inn.in c.super hoc.col.j.de renun.& seqtur Bal.in consi.schismatis.col.7.in l.obseruare.§.proficisci. in 13.q.ff.de offi.proconsu.& Ang.in l.j & in l.fi.ff.quod me.cau.& in l.si quis ad se fundum.C.unde ui.& d.Abb.in c.j.col.2.s̃.qđ me.cau.vbi rationem adducit, quia deponentes sup metu, attestant̃ de actu, q pcipit̃ sensu corporis, veluti de minis, & similib.sed alii deponunt simpl̃r de volũtate secreta. Et fuit ista rõ Inn.in d.c.sup hoc.& idẽ tradit Alex.in consi.156.viso processu.in prin.lib.v.& latè ꝓsequitur And.Sic.in consi.55.in j.lib.col.j.& in consi.61.col.v.eo.lib.& in cõsi.71.col.6.in 2.lib. & procedit ista ꝯclusio, nisi esset alia p̃sumptio in ꝯ̃rium ꝓ il-

26 lis, q de libera voluntate deponũt, † vt not.voluit Angel.in l.si. ꝙ me.cã.& exemplificari hoc p̃t, qñ diceretur actum factum fuisse in p̃sentia iudicis: quo casu metus non p̃sumitur. vt no.

27 Bar.& Doc.in l.transactione C.de transa. † Et licèt Doc. cõmuniter ita simpl̃r dicant, considerandũ est, ꝙ data paritate terminorum, pariter credendum vr̃ testibus deponentibus de libera voluntate, uel de metu: nam cum agatur de ꝓbando uoluntatẽ alterius, utroq; casu nobis occulta est, & de illa p̃cisè testes deponere non pñt. sicut.n.in ꝓbando liberam uolũtatẽ Inno. & Doc.dicunt, ꝙ illa occulta est, de qua testes p̃cise deponere non pñt: ita ẽt vr̃ in ꝓbando metũ, quia qđ aliquid metu factum sit, hoc in uoluntate secreta vr̃ consistere, q̃ præcise nõ põt esse nota testib.sed talis uolũtas arguĩt ea mediis extrinsecis, puta ea cruciatu, uel minis, q̃ bene cadunt in sensum testiũ. & idem erit dicendũ in probando media, ex quibus libera uoluntas arguatur. puta ꝙ aliquid factum fuerit in præsentia iudicis, nam pari modo de hoc testes attestari possunt.& iõ cæte

28 ris paribus non ur̃ dr̃ia. Et in simili dici solet, † ꝙ plus credit̃ duobus affirmantibus q̃ pluribus negantibus, ut per gl.in l.diẽ proferre.§.si plures.ff.de arb. Nã hoc uerũ intelligitur, qñ deponunt super negatiua simpliciter, q̃ improbabilis est.c.qm̃ ꝯ.s̃. de ꝓba c bonæ.de ele. Secus si negatiua coarctata sit loco, &

29 tempore, † quia tunc ita negantibus, sicut affirmantibus creditur, vt declarat Bal.in l.actor.col.antepe. ver.item ex dictis.C. de prob.& reperio ꝙ hic vr̃ tenere d.Sig.in consi.75.in q.uertente.in fi.vbi tñ ipse reprobat dictum Inn. Sed saluari potest declarando, vt dixi.

ADDITIO.

a Syl.Al.Committitur. Vide And.Tiraq.in l.si unquam.in uersi.omnia, uel partem aliquam, nu.30.C.de reuo.don.

¶ Summo Deo Laus.

EXIMII IVRIS VTRIVSQVE Interpretis, Domini Philippi Decii, super titulo de confirmatione vtili vel inutili, Commentaria vberrima.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio est actus superioris.*
2 *Confirmatio quid sit.*
3 *Confirmationis natura est addere confirmato, non autem extendere.*
4 *Confirmare potestis, cui commissum est, vt de nouo actum facere possit.*
5 *Confirmatio an propriè dicatur, quando actus nullus ex certa scientia confirmatur.*
6 *Confirmationis appellatione intelligitur de confirmatione in forma communi.*
7 *Ista conclusio declaratur.*
8 *Confirmatio quotuplex est.*
9 *Confirmatio ex certa scientia facta esse dicitur, quando tenor rei confirmatę exprimitur.*
10 *Confirmatio ex certa scientia facta videtur, quando clausula, non obstante, apponitur, vel secunda iussio emanauit.*
11 *Confirmatio quando dicatur facta ex certa scientia, & quando non, & numero 16. & 17.*
12 *Confirmatio facta simpliciter non videtur confirmare actum nullum.*
13 *Confirmatio non est actus per se stans.*
14 *Confirmatio facta in dubio refertur ad actum validum, & ex illa actus nullus non confirmatur.*
15 *Confirmatio facta simpliciter intelligitur, si preces ueritate nitantur.*

De confirmatione vtili vel inutili. Rub.

Icet me nunc his verbis vti, qbus exordit̃ Iuriscõ.in l.j.ff.de i itcg.rest. Vtilitas huius tituli cõmẽdatione nõ indiget. Et ꝑfecto satis admirari nõ possum ꝙ post Ab.hactenus Modernorũ nullus illũ interpꝛatus fuerit. ¶ Et primo rub.ꝯtinuat̃ ſm Got.& Hos.in summa. Nã s̃.dictũ est de his, q̃ remedio applõnis suspẽdunt̃, nũc vero vidẽdu est de his, q̃ p̃sidio ꝯfirmationis muniunt̃. Et istã ꝯtinuationẽ sequunt̃ Io.An.Ant de But.Car.& Imo.hic. Sed ista cõtinuatio nõ vr̃ bñ ꝓcedere, qa ẽt s̃.in tit.de app.tractatũ vr̃ de p̃sidio cõfirmationis, q̃ iudex applõnis facit ꝯfirmãdo sñiam iustã, vt notat̃ i l.eos.C.đ ap.& p gl.i l.p̃tes.vbi Bal.C.de sentẽ.facit qđ no. Bar post gl in l.si qs priore.ff.ad Treb.cũ si.vt tradit ibi Alex. Et eodẽ mõ argui, & impugnari põt ꝯtinuatio Abb.hic. Et vlterius ꝯ̃ ꝯtinuationẽ Abb.facit, qa ipse vr̃ restringere dispõnẽ tituli ad cõfirmationẽ sñiæ, & ꝓcessus, vt ea verbis eius patet, & tñ iste titulus gñaliter vr̃ hr̃e locũ nõ solũ in iudicialibus, sed ẽt in extraiudicialibus.c.cũ dilecta.c.ad nr̃am.j.eo. Vnde supplẽdo hoc mõ ꝯtinuatio planius adaptari põt. qa s̃ in tit.de app. hr̃ de iudice applõnis, q qñq; sñiam prius latã ꝯfirmat, & de tali cõfirmatione dubitari põt.c.corã.de offi dele. Hinc sumpta occasione, hic gñaliter ponit̃ rubr.de ꝯfirma.vti.vel inutili. Et ad hunc sensum ẽt ꝯtinuatio Abb.reduci põt Et licèt cõtinuatio Ab.videat̃ solũ respicere ꝯfirmationẽ sñiæ, vt s̃.dixi, tñ nemiã ꝯfirmationis diuidat̃, ẽt ponit̃ de cõfirmatione.q in extraiudicialibus occurrit, vt in simili casu ipse Abb.tradit in rub.s̃.

1 de except. † Et notandũ est ex cõtinuatione Abb.dũ ingt, ꝙ qñq; sñia ꝯfirmat̃ p supiorẽ. Ex hoc em̃ collĩr, ꝙ cõfirmatio est act⁹ supioris, vt no.Bal.i l.fi.uer.talis.vlteri⁹ noto.C.đ le.vbi igi, ꝙ ꝯfirmare ẽ manifestũ signũ supioritatis.& idẽ no.Ab.post Hos. in c.1.in 2.no.de loca.& iõ cõfirmatio a minori fieri nõ põt, vt nu.Imo.in cõs.27.in casu p̃misso.col.2. Et hac rõne qñ a pari cõfirmatio reqrit̃, nõ dr̃ ꝓpriè, sed ꝑ simplici approbatione ac-

2 cipit̃, vt no.Abb.post gl.ibi in c.1.in fi.de treuga, & pace. ¶ † Secũdo ꝑ introductione tituli vidẽdũ est qđ sit cõfirmatio. Et hr̃ describit̃, ꝙ ẽ iuris prius q̃siti corroboratio, vt no.Host.& Gof. in summa eo.tit.& Imo. simpliciter hic refert. Sed addi dẽr ꝙ facta sit ꝑ supiorẽ, ꝑ ea, q̃ s̃.dixi.& no.Bal.i l. Barbarius.i fi.cha. ver.& noto.ff.de offic.p̃to Et bñ dr̃ iuris prius q̃siti corrobora-

a tio.[a] qa cõfirmatio sp̃ p̃supponit aliqd prius esse ꝙ cõfirmet̃, vt no.Bal.in l.noĩationis.circa fi.ver.cõcludo ergo. C.de appe. Et iõ idẽ Bal.ibi in ver.illud certũ est.dicit, ꝙ cõfirmatio cõmensurat̃ ad illud, qđ cõfirmat̃, & nõ extẽdit̃ vltra, q̃ actus cõfirma-

3 tus se extẽdat. † Nã.n.cõfirmationis est addere cõfirmato, & nõ extẽdere, vt Bald.ingt in l.aduersarius.in fi.C.si aduer.rem iud. & no.Pau.de Ca.in ꝯsi.134.notãdũ est.in prin.Raph.Cuma.in ꝯs.97.stante dicto statuto.Alc.in ꝯsi.21.viso puncto.col.6.lib. 4.& Pet.Philip.de Corn.in consi.278.visis consiliis.lib.j.Et ad idem

ADDITIO.

a S.Ald.Corroboratio. Vide Deci.in c.cum accessissent, col.6.de consti.

idē facit, quia aliud est dare, aliud confirmare, & eadē res nō p̄t dari, & confirmari. c. inter dilectos §. cæterum. de fid instru. ī fin. notatur in c. veniens. §. nec obstare. cum gl. de præscriptio. Et tradit Bal. p illū tex. in c. 1. in tit. qui succes. tene. dicens. ꝙ cōfirmatio est ad aliud relatio, & pēdet ex illo tanquam substantiali. Allegat l. Aurelius. §. testamento. ff. de liber. lega. Vn dr̄a est, an dicatur confirmamus, an sancimus, vt no. Abb. in cōsil. 57. in q̄ōne q̄ vertit̄ co. fi. li. 2. Et ad p̄dicta ēt facit, qa q cōfirmat

a nō uī dare. a l. & qa. ff. de iuril. om. iud. & notat̄ per gl. an. dist. in

3 c. p̄ceptis. in ver. nouum. ¶ † Notandū tñ est, ꝙ ille, cui cōmittitur, vt de nouo actū facere possit, poterit confirmare, vt not.

4 Bal. in l. si qs filio. §. irritū. ff. de iniusto rupto. ¶ † Et retenta descriptiōe supius ꝯfirmata, infertur vr̄, ꝙ qñ actus nullus ex cer

b ta sc̄ia ꝯfirmat̄, ꝙ tūc ꝓprie nō dicat̄ ꝯfirmatio, b qa nō ē iuria prius q̄siti corroboratio, & qa tali casu q cōfirmat, dare vr̄, ut no. Bar. in d. l. & qa. ff. de iur. om iu. & no. hoc l. no. I d. c. inter

5 dilectos. in gl. ī ver. appellari. † Et iō appellatiōe ꝯfirmationis intelli de ꝯfirmatiōe ī forma cōi, vt no. Car. in c. ex parte. p illū tex. cū gl. ī verbo. ꝯfirmare. de ꝯstit. & seqi Eps Brixien. in uerbo

6 confirmatio, † & confirmatur hoc per supradicta, & hoc uerū vr̄, qñ simplr̄ fit mentio de confirmatione. secus si agat̄ expresse, ꝙ actus nullus confirmetur. qa tunc de cōfirmatione ex certa scientia intelligitur, vt no. Abb. per illum tex. in c. pe. j. co. cuius dictū ita adaptari pōt, & facit tex. in c. constitutus. & gl. ibi

7 in verbo, confirmauit. de relig. domi. ¶ † Tertio p̄mittendum est, vt ea supradictis hr̄, ꝙ duplex est confirmatio. Vna est, q̄ dr̄ fieri in forma communi, prout expresse tex. dicit in c. quia diuersitatem. de concessione p̄ben. & in c. illa, ne lede vacan. Altera dr̄ fieri ex certa sc̄ia, de qua hr̄ in ca. pastoralis. §. præterea. de offi. dele. in cle. 1. de iud. ī cle. 1. col. pe. de iu. iur. Et fin Doc.

c communiter confirmatio c in forma communi dr̄, qñ fuit facta conditionaliter, non cognito de cā, vt quia dicatur, Confirmamus possessiones, quas iuste possides, vt no. Ab. in c. j. & ī c. examinata. j̄. co. p tex. in d. c. qa diuersitatem. de conces. p̄b. & idem Abb. in consi. 62. illud. col. 1. lib. j. & in consi. 57. in q. q̄ vertit̄. col. 1. lib. 2. Alc. in cōsi. 89. viso statuto. col. 4. lib. 4. & in cōsi. 1. col. 13. lib. v. Et formā huius confirmationis ponit Spe. in tit. de rescrip. præsenta. §. rōne quoq, formæ. vers. sequit̄ vi-

8 dere. Altera † vero dr̄ confirmatio ex certa sciētia, quā supior facit, qñ nō ꝯdōnaliter, sed p̄cise dicit se ex certa sciētia cōfirmare, vt no. Abb. in d. c. 1. & in d. c. examinata. & Doc. in locis

9 s̄. alleg. & idē tradit Card. in consi. 44. ꝙ ratificatio. † Silr̄ ex certa scientia dr̄ facta esse cōfirmatio, qñ tenor rei cōfirmatæ ex-

d primitur, d vt est tex. in c. pe. j̄. co. ubi de hoc uidebimus. † Silr̄

10 confirmatio dr̄ facta ex certa scientia, qñ clausula, nō ob. apponitur, vel sc̄a iussio emanauit, vt notat Abb. in c. porrecta. j. co. & de his ibi videbimus. Et formā huius cōfirmationis ex certa scientia ponit Spe in ti. de rescri. præsenta. in loco s̄. alle.

11 ¶ † Sed pulchra est dubitatio, si cōfirmatio sit facta simpliciter,

e vt qa superior dicit, cōfirmamus, e & dr̄, ex certa scientia, neq; ēt ꝯdōnaliter dr̄. tali casu Doctores tenēt ꝙ talis confirmatio dicatur facta ex certa scientia, quia uis termini hoc importare vr̄, videlicet, ꝙ firma sit, vt no Io. An. in c. pe. j. co. vbi Ant. de Bu. Car. & Imo. sequuntur. & Abb. in c. examinata. circa fi j̄. co. Alc. in cōsi. j. col. 13. lib. 5. & in d. consi. 89. col. 3. lib. 4. s̄. alle. & ad hoc faciūt iura, quæ dīit, oīa nostra facimus, quibus. &c. l. 1. C. de veteri iure enucle. c. si apostolicæ. de præb. in 6 Et ista sunt breuiter, quæ communiter à Doctoribus traduntur, in qbus diligenter aduertendum est. Nam primo non vr̄, ꝙ si superior dicat simplr̄, cōfirmamus, dicatur fieri ex certa sciētia, qa appellatione confirmationis intelligit̄ de ꝯfirmatione ī for

12 ma cōi, vt s̄. dictū est. Et hoc comprobatur, † quia confirmatio facta simpliciter, nō vr̄ cōfirmare actum nullum. c. ex parte, de consti. c. dudum. de decimis. & qa, ut supra dictum est, cōfirmatio est iuris quæsiti corroboratio & confirmare, est simul firmare, vt no. Abb. in d. cap. dudum. in glo. in uer. confirmari. & sequitur Alexan. in consi. ca an. uiso puncto. col. pe. lib. 4.

13 Et ad hoc est dictū Bal in l fallius. col. 1. C. de furt. vbi † inqt, ꝙ confirmatio non est actus per se stans, sed dr̄ confirmatio quasi cū alio firmatio, sicut ēt dr̄ de constitutiōe, in rub. de consti. vbi dictum fuit. & facit tex. in c. pudenda. 24. q. j. vbi ꝯsecrare, dicitur simul sacrare, ergo confirmatio simpliciter facta non

14 videtur actum nullum confirmare. † Et ideo in dubio confirmatio simpliciter facta refertur ad actū ualidū, & ex illa actus

f nullus nō cōfirmat̄, f vt no. Inn. in d. c. dudū. & sequit̄ Anto. de Bu. ibi in 6 opp. Bal. in l. bonorū. C. q admi. Alc. in l. moræ. col. 6. ff. de iurisd. om. iud. & in cōsi. lx. viso instro. col. 6. lib. 1. & in consi. cxxiij. s̄ allegato. & qd̄ nn. idē Alex. in consi. cxxv. viso ti.

15 col. 2. lib. 1. Et † quia confirmatio facta simpliciter, intelligitur, si preces veritate nitantur, c. 2. de rescrip. Vnde si actus nullus ex ꝯfirmatione facta simplr̄ nō cōfirmat̄, ergo ñ vr̄ ꝯfirmatio ex certa sciētia, qa illa actū nullū cōfirmaret, vt no. in c. j. de trāsa. & videbimus in c. 1. j̄. co. Et ꝙ verbū, ꝯfirmamus, videatur importare cōfirmationē in forma cōi. idē Ab. hoc voluit in cōs. lxii. in q̄stione. q̄ vertitur. col. fi. li. 2 dū inqt formalr̄, ꝙ nō fuit vsus verbo, ꝯfirmamus, in illo casu, & sic nō pōt dicit, ꝙ fuerit ꝯfirmatio in forma cōi. Et sic manifeste sentit, ꝙ verbū, ꝯfirmamus, videat̄ importare ꝯfirmationē in forma cōi. Nō ob. ratio Doctorū, dū dicunt, ꝙ ꝯfirmatio importat, ꝙ res firma sit, qa hoc verū est, nō virtute solius ꝯfirmationis, sed reqritur validitas actus ꝯfirmati. & hoc in actu nullo nō verificat̄. p supradicta. Et sic ꝯcludo nō esse verū, ꝙ ꝯfirmatio facta simpliciter p verbū, cōfirmamus. dicat̄ fieri ex certa sc̄ia, nisi aliter de certa

16 sc̄ia appareat. † Silr̄ & sc̄do, nō placet, vt p̄cise dicamus, ꝙ ꝯfirmatio facta in forma cōi dr̄, qñ est facta ꝯdōnaliter: qa fateor hoc, ꝙ in forma cōi dr̄. qñ est facta cōdōnalr̄, sed p hoc inferri nō pōt. ꝙ si ñ sit facta cōdōnaliter, nō dicat̄ facta in forma cōi, qa ēt si facta sit simplr̄ ī forma cōi, dr̄ ꝙ ñ tribuit ius, vt dictū ē.

17 † Iō planior, & vera resolutio vr̄, vt dicamus, qd̄ aut facta fuit cōfirmatio simplr̄ absq; cāæ cognitione, & ista dr̄ in forma cōmuni, & nō tribuit ius, vt videbimus in c. 1. j̄. co. Aut fuit facta cū cāæ cognitione, & dr̄ facta ex certa sc̄ia. Et non vr̄ noua ista distinctio. nam illā tradit Cy. in l. ea his. in fi. C. de don. inter vi. & vxo. & Bal. ibi hoc idē dicit, & sequitur Alb. & Ang. & Saly. & idē no. Bar. in tra. ad repr. in verbo. prout. in fi. Et talis ꝯfirmatio ex certa sc̄ia in effectu dr̄ dispēsatio, vt no. Bal. in c. cū sup. in prin. de cau. pos. & propric. Nō ob. tex. in d. c. qa diuersitatē, qa respondetur dupliciter. Primo, ꝙ licet confirmatio facta ꝯditionaliter, prout ibi dr̄. sit facta in forma cōi, nō tñ negatur ibi quin etiā si facta sit simpliciter, dicatur facta in forma cōmuni. Secundo respondetur, & ad illum tex. est aduertendum, quia non dr̄ ibi, ꝙ esset facta ꝯfirmatio conditionaliter a summo pontifice, qui confirmauit, immo ibi confirmatio vr̄ facta simpliciter, sed dr̄, ꝙ talis confirmatio facta simpliciter confirmat beneficia, & prębendas, sicut iuste posidentur. sic papa ibi illam confirmationem factam simpliciter interpretatur. ꝙ sit facta conditionaliter. qa nō tribuit ius, quia non fuit facta cū causæ cognitione, & hoc modo ille tex. probat illud, quod dictum est. Non ob. iura, quæ dicunt, ea nostra facimus, &c. qa respondetur. ꝙ intelligūtur, quando fuit facta confirmatio ex certa scientia, & cum causæ cognitione. vt notatur per gl. in d. c. si apostolicę. in ver. cōfirmamus. Et ad hoc facit tex. ibi, plena de his facta narratione. Vel ibi confirmatio fuit facta ita quod actus auctoritate superioris factus videatur, quo casu, qñ dr̄ auctoritate nr̄a, cōfirmat̄, ꝙ nullū est, & ita loquit̄ tex. in d. c. 1. de trans. ibi, ex hac auctoritate nostra, & no. Pe. de Anc. in d. c. si apostolicæ, & facit tex. in c. cum aliquibus. de præscr. in 6.

ADDITIONES.

a Syl Ald. Dare. Et quòd confirmatio in forma communi nihil tribuat, secus si ex certa scientia. vide Deci. in consi. dxvi. colom. 4. in prin.

b Syl. Aldob. Confirmatio. Vide Deci. in c si col pen. de consti.

c Syl. Ald. Confirmatio. Vide eundem infra eo ti. c. 1. col. 4. in prin. vel secundū formam supplicationis, Dec. in consi. cxlii. col. 4. in fin.

d ¶ Syl. Ald. Exprimitur. Vide Dec. in c. cum inter. 8. not. supra de excep.

e Syl. Ald. Confirmamus. Et quòd in dubio videatur facta in forma communi uide eundem consi. lxxii. col. fi. in consi. cccxli. col. fin. in fi. cum seq.

f Syl. Ald. Confirmatur. Vide Deci. in c. cum inter. in 8. no de exce.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio facta de re litigiosa, an sit ipso iure nulla, & nu. 4. & nu. 6. & per plures numeros infra, & hæc conclusio intelligitur, ut nu. 13.*
2 *Confirmatio surreptitia non valet.*
3 *Impetratio surreptitia in priuilegijs, & beneficijs est ipso iure nulla.*
5 *Priuilegiū impetratū lite pendente valet mero iure, sed nō præiudicat liti motæ.*
7 *Confirmatio noua nullo modo præiudicat litis motæ, ampliatur ista conclusio, vt nu. 11. & 12. & limitatur, vt nu. 15. 16. & 17.*
8 *Actus superioris, quando est nullus, inferior non prohibetur vti iure suo.*
9 *Actus nullus non videtur effectum producere.*
10 *Prouisio papæ licet sit nulla, facta alicui de beneficio, operatur, quod inferior de tali beneficio disponere non possit.*
14 *In priuilegio in quo facta est mentio de litis pendentia, cā ab inferiore eripitur.*
18 *Ius alterius lite pendente acquiri potest.*
19 *Posidere pacificè quis non dicitur, si sibi super ea re quæstio moueatur.*
20 *Possessio pacifica nō dr̄, quādo super ea moueatur qō in iudicio, vel extra iudiciū*
21 *Limitatur ista conclusio.*
22 *Posidere pacificè dicitur, qui posidet temporalia, & spiritualia, vel spiritualia tantum, vel maiorem partem.*
23 *Possessio pacifica dicitur quo ad arctationem suscipiendi ordines, quando habet possessionem exercitij curæ, vel maioris partis.*
24 *Confirmatione facta à summo pontifice, inferior non potest cognoscere de re confirmata, nec de iuribus confirmationis.*
25 *Papa, quando confirmat ex certa scientia, ipse videtur facere.*
26 *Factum à summo pontifice si quid sit, inferior in eo manum apponere non potest.*
27 *Confirmation à Papa per inferiorem reuocari non potest.*
28 *Princeps si confirmat ex certa scientia, inferior non potest aliquid declarare. intelligitur, vt nu. 30. & 31.*

29 *Fieri quod non potest, tamen declarari potest.*
32 *Res an litigiosa efficiatur, si quaestio mota sit super possessione.*
33 *Precium rei aliud est quam possessionis.*
34 *Testis qui iuravit dicere veritatem super possessorio, interrogari non potest super proprietate.*
35 *Procurator in causa possessionis testificari potest in causa proprietatis.*
36 *Possessio redditur litigiosa nec potest alienari, si quaestio super eo mota sit.*
37 *Confirmatio quandoque tribuit multum iuris.*
38 *Actus indigens confirmatione, ante eam non dicitur habere effectum suum.*
39 *Electione non confirmata non dicitur adhuc quaesitum ius iuri.*
40 *Beneficium dicitur vacare ante confirmationem.*
41 *Renunciatio beneficij debet fieri in manibus confirmantis, non autem eligentis.*
42 *Officialis removeri debet ab eo qui eum confirmat.*
43 *Confirmatio quandoque nullum ius tribuit.*
44 *Confirmatio in forma communi quae dicatur.*
45 *Confirmatio in forma communi quot effectus faciat.*
46 *Confirmatio facta ex certa scientia quot effectus faciat.*
47 *Confirmatio ex certa scientia, quae dicatur, & quot modis.*
48 *Clausula, supplentes omnes defectus de plenitudine potestatis, quem effectum faciat, limita ut nu. 52. & nu. 55.*
49 *Confirmatio in forma communi an impediat, quo minus ordinarius cognoscere possit de re competenti illi, qui obtinuit confirmationem, & nu. 51.*
50 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
53 *Confirmatio ex certa scientia non purgat falsitatem narratorum.*
54 *Clausula, ex certa scientia, nihil operatur in his, quae in facto consistunt.*
56 *Clausula, ex certa scientia, non comprehendit illud de quo non fuit cogitatum.*
57 *Confirmatione facta ex certa scientia de aliquo beneficio alicui, si postea aliquod delictum committat, non obstante ea poterit per ordinarium delinquens puniri.*
58 *Confirmatio facta ex certa scientia, an videatur eximere aliquem ab ordinario.*
59 *Sententia quae transiuit in rem iudi. an confirmari possit, & nu. 64.*
60 *Comes licet Comitatum possideat, potest tamen petere ut declaretur Comes.*
61 *Partes quae contraxerunt possunt tamen petere ut contractus a iudice cõfirmetur.*
62 *Legitimatus potest petere iterum legitimari.*
63 *Institutus qui reperitur in possessione beneficij potest petere quòd de novo confirmetur.*
65 *Sententia nulla an confirmari possit.*
66 *Limitatur, & ut nu. 67.*

DE confirmationibus. ¶ Capitulũ primũ, & secũdũ summãtur, & diuiduntur, vt p Abb. hic.

¶ 1 † Primo no. ꝙ cõfirmatio facta de re litigiosa, ipso iure est nulla, vt Abb. hic dicit. Et ad hoc vr tex. i. c. porrecta, in fi. j. eo 2 † vbi confirmatio surreptitia nõ valet. ibi, denũciens nõ valere, & in c. ad nostrã. in fi. j. eo. & notat per glo. in c. dudũ, el 2. in verbo, expressa, de elec. 3 † Et est rla cõis in priuilegijs, & beneficijs, ꝙ impetratio surreptitia sit ipso iure nulla, vt no Calde. in consi. j. de feu. Abb in c. ad audientiam. el 2. de rescrip. cum si. vt latè congerunt Mod. ibi. 4 † Sed quantũ ad tex. hic, aduerten. est, quia non vr verum, quod Abb. hic dicit, ꝙ cõfirmatio facta de re litigiosa, ipso iure nulla sit. quia tex. hoc nõ dicit. solũ hic. n. dr ꝓcedẽdũ esse in cã inchoata, nõ aũt annullatur priuilegium. Et ideo Car in consi. 92. fauẽdo pupillis, col. vlt. ver. adhuc praesupposito. 5 † expresse dicit, ꝙ priuilegiũ impetratũ lite pẽdente valet mero iure, sed non praeiudicat liti motę. & idem Card. in cõsi. 65. pro distinctione. col. fi. vbi põderat tex. in c. fi. vt lite penden & in c. ad nostram. in quibus solũ 6 dr ꝙ iudex procedere põt, ac si impetratio nõ fuisset facta. † Et iura, quae dnt, ꝙ non valet impetratio, intelligũtur in ꝑiudiciũ litis pendentis. sed in alijs casibus, in quibus non erat lis mota, valebit priuilegium, quia sunt casus separati, & surreptio facta in vno casu, non vitiat in alio casu separato. c. si cotpe, de rescr. in 6. Et hoc modo rñderi põt ad ea, quę s. in ꝯrium allegaui. Nam iura allegata in ꝯriũ, loquunr qñ impetratio fuit facta in in specie in vno casu, qa tũc non valeret, qa est surreptitia, d. c. ad nostrã. & in c. porrecta j. eo. Secus si facta sit simpliciter, qa tunc vr plures casus respicere. Vnde licèt nõ valeat in vno casu, in alio non vitiatur, vt dictũ est. Et subijcit Abb. hic referẽdo ex dicto. 1. not. ꝙ ex quo ꝯfirmatio facta lite pẽ. sm eũ, est 7 nulla, inferior nõ prohibetur ad vlte nota ꝓcedere, vt hic. † Et hoc vr ampliari ꝑ s. dicta: quia dato, ꝙ confirmatio nõ sit nullã. rñ nullo modo ꝑiudicat liti motę, quo min⁹ inferior ꝓcedere possit, vt hic dr. Et ex illatione praedicta, q̃ Abb. facit, colligitur 8 † ꝙ qñ actus superioris est nullus, inferior iure suo vti nõ ꝓhibe9 tur. Ad ꝙ facit, † quia cũ act⁹ sit nullus, nõ vr effectũ ꝓducere, ar. l. 4. §. condẽnatum ff. de re iudi. in l. non putauit §. non quęuis. ff de ꝯ tab. cum si. vt tradit Ro. in l. si vero. §. de viro. in 3 :. fallen ff. sol. mat. Alex. in d. l. 4. §. condemnatum. & in l. 3. §. haec verba ff. qđ quisque iur. & late tradunt Mod. in c. ex tenore, de rescrip. vbi dictum fuit. Sed aduertẽdũ est, quia in contrarium facit, ꝙ no. voluit Pe. de Anc. in cons. 57. circunscriptis regulis. 10 vbi post Inn. in c. inter dilectos, de exces. praela. concludit, † ꝙ prouisio papę[a] facta alicui de beneficio, licet sit nulla, operatur tamen, ꝙ inferior de tali beneficio disponere non possit[b] & idem late Ro. scribit in consi. 135. circa primum. Ergo pariter vr ꝙ licèt confirmatio sit nulla, inferior tamen procedere nõ possit. Ad hoc vr posse responderi, ꝙ tex. hic procedit in confirmatione, prout loquitur, per quã Papa non vr causam auocare, quia confirmatio non disponit, per ea, q̃ dicta sunt in ru. s. eo. Secus vr qñ papa principaliter disponit, prouidendo alicui de beneficio, ꝓut loquitur Inn. in d. c. inter dilectos, vbi tñ aliter Abb. distinguit in gl. fi. & aliter Ro. in d. cõsi. 135. col. fin.

11 † Et ꝙ dicitur hic, ꝙ noua impetratio non praeiudicat liti motae ampliatur, vt procedat, etiam si ignoranter, & absque dolo de litis pendentia taceatur, ut no. Abb. in c. ad audiẽtiã. el 2. col. fi. 12 de rescrip. & idẽ uoluit Bal. in c. fi. ut li. penden. † Sñr ampliat, etiam si motu proprio priuilegium concedatur, ut oot. uoluit Host. in c. causam quae. el 2. de testi. quem Ant. de Bu. Imo. Abb. & Doct. cõiter ibi sequuntur. de quo tñ dicendũ est, ut dixi de 13 ista clausula, motu proprio, in c. ad aures, de rescri. † Et ꝯclusio s. dicta procedit quando non fuit facta mentio de re litigiosa, aliàs secus quia tuc illa confirmatio ualet, & illa causa ab in14 feriore eripitur, ut Abb. hic dicit. † Et idẽ est in priuilegio, in quo facta sit mentio de li. pen. ut a contrario sensu probatur in c. dudum. de priui. in c. fi. ut li. pend. & ibi Abb. in 3. no. post Inn. & alios. & idẽ no. Saly. in l. 2. C. ut li. pend. in uer. circa primum. & idem Pau. de Ca. in uer. ibi, item intellige. & in no. casu tradit Do. in consi. 120. quia in facto, circa fi. & Abb. in consil. 77. in causa, & q. col. 3. li. 1. Et hoc, 15 † quod proxime dictum est, intelligitur, quando noua impetratio facta sit a principe, Inferior autẽ est legatus, & non põt causam pendentem, corã ordinario ad se auocare, vt no. Abb. in c j. col. 2. de offic. leg. cũ si. vt tradit Peru. in c. vt nostrum. in 3. q. de app. Et pro pleniori instructione, quando aliquid pẽdente lite impetratur, recurrẽdũ est ad ea, q̃ tradũt Mod. in c. caeterũ, j. char. & in c. super lite16 ris. in 6. reg. de rescrip. Secũdo limitatur, † quod hic dr de priuil. li. pẽ. impetrato, vt procedat quo ad illam causam, q̃ pẽdet, qa illi non ꝑiudicat. secus est quo ad alias causas, vt no. Car. in 17 cõsi. 92. & in consi. 65. s allcg. in j. no. † Tertio limitatur habere locum in confirmatione superioris, quae propne cõfirmatio dr. Secus est in confirmatione priuati, q̃ ꝓ approbatione accipitur, quia illa põt li. pen. fieri. l. licèt. ff. de re iud. l. Iul. ff. qui sa18 tisd. cog. no. Bal. in l. nõ põt. in fi. ff. de iud. † Nã ius alterius quis acquirere põt lite pẽ. vt no. Inn. in c. fi. vt li. pẽ. & late ibi Abb. col. pe. post Bar. in d. l. nõ põt. & idẽ Bar. in l. duobus. col. pe. cũ 19 si. de excep. rei iud. ¶ † Secundo no. ꝙ non dr quis pacifice rem possidere, si super ea qõ sibi moueatur.[c] Ita Abb. hic. ꝑ istũ tex. in ver. sed si rẽ. & no. Car. in cle. gratiae. in 13. q. de rescri. dicens 20 ꝙ nõ † dr possessio pacifica, qñ mouet qõ in iudicio, vel extra iudicium & idẽ Do. post Archi. & Io. And. in c. cõmissa. de ele. in 6. Et idẽ Do. in cõsi. 68. formantur. col. 3. & tradit Ant. de Bu. in c. cũ inter. in 4. no. de renũ. Et facit glo. in cle. j. de sequestra. pos. & fru. in verbo, antea. Et de pacifica possessione loquitur tex. in c. fi. ne pla. vices suas, in c. cum olim. de do. & contu. & in c. cum ecclesiasticae. de exce. & in c. venerabili. s. de offi. dele. 21 † Est tñ notandũ, ꝙ sufficit pacifice possidere maiorem partem 22 beneficij, vt no. Bal. in c. ecclesia, in fi. de cle. vbi inquit † ꝙ possidere dr pacifice ille, qui possidet temporalia, & spũalia vel spiritualia tñ, vel maiorem partem. allegat glo. in d. c. cõmissa. in 23 ver. pacificam, vbi Do. concludit, † ꝙ quo ad arctationẽ suscipiendi ordines, pacifica possessio dr, qñ habet possessionẽ exercitij curę, vł maioris partis, vt ꝑ gl. ibi Sed quo ad linẽ, vt priora bñficia vacent per adeptionem scdi, sufficit habere possessionẽ maioris partis temporalium. & hoc idem tradit Do. in cõs. 225. dubia. col. 1. ver. super tertio, vide quod no. Pan. de Cast. in 24 cons. 264. in 1. articu. in prin. in nouis. ¶ † Tertio no. vnum effectum confirmationis factę a summo pontifice, ꝙ secũdũ Abb. intelligitur in confirmatione facta ex certa scientia, quia inferior non potest cognoscere de re cõfirmata. nec de viribus cõfirmationis, vt hr in simili in c. cum venissent, de iudi. Sed tñ aduertendum est, quia non constat, ꝙ hic loquatur in confirmatione facta ex certa sciẽtia. & text. hic potius facit in ꝯriũ, qa in c. 1. & ij loquitur de cõfirmatione simpliciter, quo casu s. dictũ fuit, ꝙ appsone cõfirmationis, in dubio intelligit de cõfirmatione in forma cõi. Et de hoc videbimus in glo. fi. ad q̃ et 25 Abb. hic, & gl. se remittũt. † In se bñ verũ est, ꝙ Abb. dicit, qa qñ papa cõfirmat ex certa scientia, ipse facere vr, vt no. Bar. in l. & qa. ff. de iu. om. iu. cũ si. vt tradit Ro. in consi. 98. quo ad id. in 26 princ. & in eo, † qđ factũ est a summo põtifice, inferior manũ apponere nõ põt. c. cũ in distribuẽdis. de tẽp. ord. & facit quod no.

ADDITIONES.

a ¶ Papae. Idem Pe. de Anc in d. cons. 58. & cons. 339. intentio dominę Cõstantię. Ial. consi. 17. li. 4. Dec. s. eo c. vt nostram. in princ. & in consi. 393. & in consi. 619. Idem sentit Bon. fa. de Vitali. in cle. 1. vt li. penden.

b S. Al. Possit. Idem j. de app. in c. vt nostrum. in 1. no.

c S. Al. Moueatur. Idem Dec. in c. 3. in prin. j. de excep.

no. Abb. in c. postulasti. in gl. ver dispēsatū, de cle. excō. mini.
27 †Et ideo ꝙ tali mō cōfirmatū fuit à summo Pōtifice, ꝑ inferiorē reuocari non pōt, vt no. Bar. in l. nēs populi. q. 15. ver. iuxta ꝓdicta q̄ro. ff. de iusti. & iur. Bal. in l. ex placito. col. 3. C. de rer.
28 ꝑmu. cū si. vt tradūt Mod. in l. cū accessissent. col. 3. de ɔsti. †Et in ꝓposito spāl'r dicit Bal. in c. ea, q̄. de re iu. ꝙ si princeps aliqd cōfirmat ex certa scientia, inferior aliquid declarare non pōt.
29 †Et istud de declaratione, vr̄ notabile: quia alias licèt aliqd fieri nō possit, declarari tñ potest per l. hæredes palam. §. sed & si notā. ff. de test. vbi Bal. cū si. vt dixi in c. pastoralis. §. verū, de ap-
30 pel. †& dictū Bal. itelligi pōt de illa declaratione, q̄ respicit substantiam actus, alias secus, vt no. dicit Io. de Ana in ɔsi. 84. vidē-
31 dū est, col. 2. Vel scd̄o dictū Bal. †vr̄ ꝓcedere spāl'r ꝑꝑ reuerētiā Principis, ꝑ ea q̄ supra dicta sunt allegādo Inn. in c. inter dile-
32 ctos. de excel. ꝓla. ¶ †In gl. 3. Abb. primo cōcludit post gl. ꝙ q̄stio mota sup possessione, non facit rē litigiosam. ad idem gl. fi. in c. fi. 11. q. 3. & ad hoc facit, qa possessio nihil habet cōe cū ꝓprietate. l. nāliter. §. nihil cōe. ff. de acq. poss. Et separata est cā
33 possessionis à proprietate. l. 3. §. huius autē. ff. vti possi. †Et aliud est ꝓtiū rei, q̄ possessionis, l. si duo. ī fi. ff. eo. ti. vti poss. †Et iō te-
34 stis, q iurauit dicere veritatē sup possessorio, interrogari nō ꝑt sup ꝓprietate, vt no. Bal. dicit in l. momētaneæ, in gl. fi. C. q legi-
35 ti. ꝑsonam. †Et sīl'r procurator in cā possessionis testificari pt ī cā proprietatis, vt no. dicit Ant. de Bu. in c. cū nobis, col. pe. de testi. & facit ꝙ no. Bar. in l. ratio. in prin. ff. de act. emp. Bal in l.
36 3. in fi. C. de pericu. & cōmo. rei ven. †Scd̄o Abb. cōcludit post Ant. de Bu ꝙ si sit qō possessionis, ipsa possessio reddit̄ litigiosa, & alienari non potest. Et idem not. Bar. in l. 3. ff. de litig. Et qñ vitiū litigiosi contrahatur, latè scribit Ang. in Auth. de litig. in prin. cū simi. vt tradunt Mod. in c. dilecti. in fi. de excep. Et idē Abb. in c. ecclesia. el 1. col. 3. vt lite pē. & in cōsi. ex. lib. 2. in cā hospitalis. col. fin. & in consi. t. nitar. in 15. qō. Ro. in cōs.
37 270. pro decisione. ¶ †In gl. 1. prima conclusio Abb. est ꝙ cōfirmatio qñq; tribuit multu iuris, vt patet in confirmatione electionis, q̄ necessaria est, & electio tribuit facultatē administrā-di capit. trāsmissa. c. qualiter. de elect. & no. Bal. & glal. in l. priuatorū. C. de iurid. om iud. & idem Bal. in auct. habita. col. fi. verū. dicto de scholaribus. C. ne filius ꝑ pat. vbi hoc dicit ī rectore scholarium. & tradit Old. consi. 46. factū tale est. Et ideo
38 dicit Bal. in l. Caius. per illū tex. ff. de excu. tut. †quòd actus indigens cōfirmatione, ante confirmationē nō dicitur habere essentiam suā. Facit ꝙ no. Ant. de Bu. in c. in nr̄a. col. fi. ver. & no.
39 hoc dictum incidenter, de rescrip. †ꝙ ante confirmationē ele-
40 cti non dicitur ius quæsitum in re. †& ante confirmationē dr̄ vacare beneficiū, vt per gl. in cle. 3. in ver. collata. vt lite pēd. & tali casu qui confirmat, dicitur perficere, vt not. Bar. in l. & qa. ff. de iurid. om. ind. Facit qđ no. Bal. in l. fin. C. de defenso. ciui.
41 vbi voluit, †ꝙ renunciatio bñficii dēat fieri in manibus cōfir-
42 mantis, †& non eligētis. Similiter ab eo, qui confirmat, officialis remoueri dēt, vt no. Ang. ī §. decreto. i Auth. de defen. ciui.
43 col. 2. †Secūdo Abb. concludit, ꝙ confirmatio qñq; nullū ius tribuit, ꝓut ē in confirmatione in forma cōi, q̄ nō tribuit ius. & hoc no. Spe. in ti. de leg. §. nunc ostēdendū. ver. xi. vbi alleg. c. fi. ī. eo, & ibi gl. & idem Old. dicit in cōsi. 164. viso priuilegio. Bal. in c. 1. in prin. colū. 3. in fi. per quos fiat inuestitura. Signu. in cōsi. ccxiij. in qōne appellationis. in princ. Car. in consi. 44. qđ ratificatio facta. Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosan. ecc. & in l. si ɔsiat. ff. de app. Pau. de Cast in consi. clix. qō ista. col. 3. Abb. in consi. 62. illud. col. 2. lib. 3. & in cō. lvij. in q̄stione, q̄ vertit̄. col. pe. li. 2. Alex. in cōsi. 39. visa. col 4. lib. 4. & in consi. 1. col. 14. lib. v. & facit quod no. Bal. in consi. clx. casus talis est, cauetur. & in consi. 180. casus talis est, quidā A. lib. 3. sm primā impressionē.
44 †Et dr̄ confirmatio in forma cōi, sm Abb. hic, quando fit conditionaliter, non cognito de causa, & no. glo. ꝑ illū tex. in c. qa diuersitatē. de concess. ꝓb. & idē Abb. in c. examinata. in 2. no. ī. eo. & in d. cōsi. 62. col 2. lib. 3. De quo dicēdū est, vt dictū fuit in
45 rub. s̄. eo Et subiicit Abb hic, †ꝙ illa cōfirmatio in forma cōi īpetrat̄ ad cautelā, vt magis muniat̄, vt no. ꝑ gl. hic, q̄ alleg. text. 23. dist. c. quanquā. ad idē tex. in c. si aduersus. de hæ. Et talis cōfirmatio facit rem cōfirmatā esse maioris auctoritatis. 11. dist. c. quis nesciat. Et licèt Abb. hic videatur illū tex. intelligere in cōfirmatione ex certa sciētia, tñ vr̄ loqui in cōfirmatione simplici, quia ex abundanti ibi facta fuit confirmatio & ita illum tex. intelligit Host. in summa eo. ti. §. quis sit effectus. Sīl'r talis confirmatio in forma cōi operat̄, qa nouū vinculū addi vr̄, vt probatur in ca. 3. de treu. & pace. vbi dr̄, ꝙ funiculus triplex potentius ligat, & ibi cōfirmatio ꝑ vinculo ɔputat̄, & ibi nō erat proprie confirmatio, quia non fuit facta à superiore à fortiori ergo, si sit facta ꝑ superiorē. Itē opat̄ talis ɔfirmatio, qa tribuit facultatē ꝓscribēdi, sm Abb. antiquū ī c. dudū. de elec. cū si. vt tradit Io. Bertach. ī trac. de episco. ī 4. par. prin. tertii li. ver. vñ-decimo q̄ro. & idē tenet Host. in sum. e. ti. §. quis sit effectus. facit
46 ꝙ no. Bal. ī c. cū sup. ī 2. no. de cā pos. & ꝓp. ¶ †Tertio, Abb. cōcludit. ꝙ si ɔfirmatio facta sit ex certa scientia multū opat̄. cōfirmat enim ꝙ nullū est, vt no. in c. 3. de transact. & in c. clemens. vbi gl. in ver. ɔfirmatū. de transac. & not. Bar in d. l. priuilegia. Car. in d. cōsi. 44. Abb. in cōsi. 62. Ale. in cōsi. s̄. alle. Pau. de Ca.
47 in cōsi. 230. dubitatur primo. in fi. †Et dr̄ ɔfirmatio fieri ex certa sciētia, sm Abb. hic qñ totū negotiū Papę reseruatū fuit, & ipse confirmauit. c. pe. ī. eo. vbi Abb. in prin. dicit, ꝙ qñ tenor rei ɔfirmatę exprimitur, vr̄ facta ɔfirmatio ex certa scientia. Et idē Abb. in c. examinata. in fi. ī. eo & Alex. in locis ꝓalle. Et tali casu vr̄ facta confirmatio ex certa scientia, et si verba cōditionaliter proferant̄, vt no. Abb. dicit in d. c. examinata. in prin. & c. si. ī. eod. & in d consi 62. col. 4. lib. 3. & de hoc videbimus ī d. c. pe. ī. eo. Et aliis modis etiā dr̄ fieri cōfirmatio ex certa sciētia, vt Abb. tradit in c. porrecta ī. eo. vbi videbimus, & dixi in c. ad
48 hæc. de rescr. ¶ †Et subiicit Abb. hic, ꝙ alia clā apponi posset ꝑ superiorē, videlicet supplētes oēs defect° de plenitudine potesta-
a tis. [a] Notādū tñ est, ꝙ talis clā non vr̄ supplere defectus iuris nālis, vt no. In. An. in ti. de leg. §. hūc ostēdēdū. ver. 16. & not. Imo. post Ant. de Bu. ī c. 3. de trā. & Abb. hic ī fi. vbi hoc declarat. & Imo. in c. 2. hic in fi. cū si. vt tradit Ale. in l. si filius à pr̄e. §. fi. ff. de lib & posth. & idē Alex. in consi. 194. assumo. col. 6. lib. 2. Et talis clā etiā si supplet defectū ꝑsonæ supplicātis, vt tradit Ro. in sing. 419. cum verba rescripti. & no. Do. c. Cenomanensem. 56. dist. & hr̄ in tract. clā. ī clā ista supplētes. & de ista clā aliqd tradunt Mod. in c. 2. char. pen. de rescrip. & Bar. Soci. in cōsi. xx. sępenumero. co. 2. ꝙ cōsilium insertū est inter cōsilia Francis. de Curte. & per ipsum Francis. in cōsilio 65. super ꝓmissa. col.
49 2. & in consi. 49. char. 13. versi. ad sextum. ¶ †In glo. fi. Abb. primo concludit post gl. ꝙ cōfirmatio in forma cōi nō impedit, quominus ordinarius cognoscere possit de iure cōpetenti illi q obtinuit ɔfirmationē, & dicit quod iste tex cum sequenti loquitur de cōfirmatione ex certa sciētia. & ita Doct. hic cōiter tenēt, vt Host. in sum eo. ti. §. quis sit effectus Goff. tñ in sum. eo. ti. refert opi. aliorū, qui tenent, ꝙ tex huius c. 3. & ij. intelligatur ī cōfirmatione simplici. ꝓut verba sonāt. & ipse hāc sniām sequit, & in pūcto iuris ꝓbabilior vr̄. Nam primo tex. in c. 1. in ver. sed si rem. aduersarius inquir̄, & ī effectu simpl'r dicit, ꝙ si res nō sit litigiosa, habita ɔfirmatiōe à summo Pōtifice, īferior cognoscere non pōt. Eodē mō gñal'r loquitur tex. in c. 2. dū inquir, de cōfirmationibus Romani Pontificis. Ergo vr̄ ꝙ ista iura intelligantur de confirmatione in forma cōi, qa appellatione confirmationis intelligitur de confirmatione facta in forma cōi, vt dictū est s̄. in rub. Et tex in c. 2. regulā ponit, excipiēdo solū duos casus. ergo exceptis illis duobus casibus rla gñal'r
50 vr̄ procedere, †qa exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis c. 2. de cōiugio lepro. 32. q. 7. c. dñs. Et qa cōfirmatio etiam in forma cōi facit rem confirmatā maioris auctoritatis & nouum vinculū addere vr̄, vt s̄. dictū est. Et qa negari nō ꝑt quin Papa manum apposuerit, iuxta c. vt nostrū. de app. Vnde ex oībus s̄. dictis suaderi pōt, ꝙ etiam stante cōfirmatione in
51 forma cōi, inferior cognoscere non possit. †Et in effectu habemus considerare duos casus, ꝙ aut cōfirmatio fuit surreptitia, vt quia lite pēdēte impetrata sit, vel in alio mō surreptitia sit, & hoc cōstet: & inferior tali casu cognoscere potest, vt hic. in c. 1. ī prin. & in c. 2. in fi. Aut fuit surreptitia, & inferior nō pōt, vt hic, in c. 1. in fi. & in c. 2 ī prin. ¶ Deinde ex aliis dictis Abb. circa istā gl. duæ limitationes colligunt̄ ad illud ꝙ s̄. dictū est
52 de clā, ex certa scientia. Prima est, †ꝙ illa clā nihil operat̄, qñ cōfirmatio fuit surreptitia, ex quo hr̄ ꝙ licèt à principe aliquid factū sit ex certa scientia, tamē dispositio pōt esse surreptitia respectu eorū, q̄ in facto consistunt, vt quia pendente appeſon
53 vel pendente lite, illa confirmatio facta sit, †qa talis confirmatio ex certa scientia non purgat falsitatem narratorū vt no. ꝑ Ro. in 2. decis. in co. ti. in nouis. Et benefacit quod no. Bal. in l.
54 fi. col. 2. C. si co. resc. in. nō pos. vbi inquit, ꝙ †illa clausula, ex certa scientia, nihil opat̄ in his, quæ in facto consistunt, de qbus supior nō ꝓsumit̄ hr̄e notitiā, & legit̄ Alex. in consi. 125. viso titu. qōnis, col. fi. in fi. li. 2. & Cor. Peru. in consi. 129. quanquam. col. 3. lib. 4. & idē tradit Pau. de Ca. in cōsi. 159. qō illa vertitur, col. fi. & dixi in c. ad hæc. de rescrip. Et intell'r ꝙ ɔfirmatio surreptitia sit, ita ꝙ ɔstet. Et sm Abb. hic dr̄ ɔstare ꝑ ɔfessionē, vel ex tenore bullę, de quo dicendū est, vt dixi in c. ex īsinuatione.
55 de app. Scd̄a limitatio est, †ꝙ dicta clā intell'r respū ꝓteritorū,
56 nō aūt ad futura porrigit̄, †qa nō ɔprehēdit illud, de quo non
57 fuit cogitatū, vt Abb. hic dr post gl. †& ɔcludit, ꝙ si ille, q obtinuit cōfirmationē à principe ex certa scientia ꝑ aliquo bñficio, postea cōmittat aliqđ delictū, nō ob. tali cōfirmatione. ꝑ ordinariū poterit puniri. Et idē tenet gl. 2. in c. filiā. 3. qō. 3. Et ad
58 hoc facit, †qa non vr̄ exēptus ab ordinario per talem confirmatio-

ADDITIONES.

a ¶Sylue. Aldob. Potestatis. Vide quæ ego late scripsi in libro clausularum, in clausula, supplentes &c. ubi multa addidi.

mationẽ. arg. c. per tuas. de maio. & obe. & ibi Ab. & idẽ Ab. in c. porrecta. in gl. j. ro. & no. Ant. de Bu. in c. cũ inter. cl. 2. col. 1. de elec. & in c. super eo. col. fi. de offi. dele. cũ fi. vt tradũt Mod. in d. c. p tuas Et licẽt Doct. videant̃ loq̃ spã liter rõne delicti, idem tñ vr̃ si alia rõne ↄueniat̃, ex quo nõ est exẽptus. d. c. p tuas, & q̃a actus sint separati. vñ de vno ad aliud nõ infert̃, l. Papinianus exuli. ff. de mino. Illa enim ↄfirmatio facta ex certa sciẽtia, vr̃ facta ad ↄualidandũ actũ, ideo vlterius nõ extendit̃. Postremo Ab. latè insistit, an sñia lata p aliquo confirmari possit. Et breuiter ↄsiderat duos casus. Primus est. qñ sñia transiuit ĩ rẽ

59 iudicatã. Secũdus casus est, qñ fuit nulla. † In primo casu post Inno. & alios concludit, q̃ sñia quæ transiuit in rẽ iudicatã, ẽt peti p̄t, q̃ ↄfirmetur. Et vltra ea q̃ tradunt Mod. in c. ca. q̃. de re iudi. & Alc. in l. si finita. § eleganter. ff. de dã. infec. Ista conclo cõprobari p̄t ex eo, qd̃ no. Bar. in l. vti frui § vtium aũt. in fi. ff.

60 si vsusfruct. pet. † vbi ingt, q̃ licẽt comes comitatũ possideat, p̄t tñ petere, vt ẽt comes declaret̃, & q̃ obtinuit tenutã, p̄t petere, q̃ in ea ↄfirmetur, vt no. Ange. in l. si finita. §. fi. ff. de dam. in-

61 fec. cũ si. vt tradit ibi Alex. † Et partes, q̃ ↄxerunt, possunt petere, q̃ ↄctus à iudice confirmet̃, vt not. Bar. in l. si quos. C. de de-

62 cur. lib. 10. vbi allegat Inn. hic. † Et ille q̃ fuit legitimatus, petere p̄t, q̃ iterũ ad maiorem cautelam legitimet̃, vt ex solenniori legitimatione se tueri possit, vt tradit Pau. de Ca. in ↄsi. 227. viso

63 testamẽto circa fi. Et institutus, † q̃ reperit̃ in possessione bñficij, petere p̄t, q̃ de nouo instituat̃, vt no. Car. in c. post electionẽ. de cõcess. p̄bẽ. & ibi Ab in 3. not & idẽ Ab. in c. cum olim el 2. de priui Cal in ↄsi. 7. de elec. cũ si. vt dixi in c. bonæ, in 4. not. de app. & idẽ Ab. in c. 2. in 3. no de arbi. & facit qd̃ no. Bart. & Ange. in l. j. in prin. C. de Carb. edicto. & gl. in l. de pupillo. §. qui

64 opus. in ver. nuntiare. de ope. no. nun. cũ si. vt ibi Alex. † Et p̄dicta conclusio ꝓcedit s̃m Ab. hic, qñ talis confirmatio petitur à Principe, secus si ab inferiori. q̃a coram inferiori talis confirmatio peti non p̄t. & ita s̃m Ab hic intelligit̃, vt ꝓcedat dictũ Inno. in c. cãm. quæ. el 2. qui fil. sint legi. Sed aduertendũ est, q̃a talis distinctio vr̃ contra mẽtem Inno. in vtroque loco, vbi loquitur generaliter. Et rõnes eius ẽt generaliter vñr procedere, & quæ supra allegata sunt, ẽt habent locum coram inferiori, quod patet, dum simpliciter Doct. loquuntur de iudice. Et iõ Inno. in c. pro. j. eo. vt Ab. ẽt hic refert, vr̃ absolutè approbare illud, qd̃ dixit in d. ca. causam. q̃. & illud vr̃ verius de iure. Et istam opi. latè defendit Imo. in l. si contẽdat. ff. de fideiut. p regulam l. purè. §. fi. ff. de excep. vbi reo non datur facultas agendi, & quia actio possessori nõ competit § æque. insti. de ac. Ad allegata in ↄtrium Imo. respondet, q̃ loquuntur in casibus particularibus, vt ipse ꝓsequitur in d. l. si contendat. tenet Saly. in l. 3. C. qui bo. cede. pos. & dixi in c. si autem. de rescri. Est verũ, quod Alex. in d. §. eleganter. col. pe. sequitur ↄclusionem Ab. hic, & Bar post gl. d. l. si contendat. ꝓ qua adducit, q̃a videmus, q̃ ille, qui est in possessione, p̄t ẽt iuste petere eam sibi cõfirmari. l. 3. §. missum. ff. de Carbo. edic. & quod ibi Bart. Sed ille tex. non vr̃ probare hoc, quia pupillus ibi non habebat possessionem, q̃ peteret sibi confirmari, sed erat missus in possessionẽ. & sic habebat tenutam simplicem. Et dr̃ ibi, quod prætor illũ tueur cõstituendo possessorẽ. Et ad alia, quæ adduci possunt, respondet Imo in d. l. si contendat. Inn. in d. c. causam, q̃. Saly. in d. l. 3. vbi respondet ad illum tex. C. qui bo. cede. pos. vel dicamus concordando opi. quod extraiudicialiter confirmatio pe-

65 ti potest, sed non iudicio, saltem contentioso. † Secundo, Ab. concludit in 2. casu principali, quod si sententia sit nulla, & ex certa scientia confirmetur cũ causæ cognitione, valida erit, & vlterius de nullitate primæ sententiæ non poterit dici, nec opponi. & idem Ange tradit in l. 2. in 7. fallẽ. in fi. ff. si quis in ius voc. cũ si. vt tradunt Moder. in d. c. causam. q̃. & adde Alex. qui latè idem concludit in consi. 111. viso themate in princi. lib. 5.

66 † Et ista ↄclusio limitat̃, vt ꝓcedat, nisi secunda sententia confirmatoria. eodẽ morbo laboraret, vt no. Anto de But. hic, & idẽ Anto. de But. in c. super literis. in repe. in 15. char. ver. sed si dicat̃. de rescri. & hoc latè declarat Petr. in d. c. dilecto. in quæstio. 41. de appel. Et ista limitatio satis includitur in conclusione, q̃ Doct. faciunt in locis præallega. q̃a hoc modo loquunt̃.

67 † Secundo limitatur, dummodo vitium primæ sentẽtiæ esset remissibile de ↄsensu partium, aliàs secus, vt not. Car. in consi. 61. seriatim. in 2. dubio, cum simi. vt per Mod. in d. c. causam, quæ. Et ista etiam limitatio est de mente Doct. in locis s̃. alleg. à cessante ratione nullitatis, quæ erat in prima sententia.

SVMMARIVM.

1 *Litera impetrata in causa appellationis nullam faciẽtes mentionem de primis, an valeant.*
2 *Appellatus non debet præuenire appellantem.*
3 *Appellatione pendente executio fieri non debet, & facta reuocatur.*
4 *Ista conclusio quomodo intelligatur.*
5 *Tex. quãdo vario modo intelligi põt, ille intellectus ꝓualet, qui rubricæ cõgruit.*
6 *Clausula, vocatis vocandis, tollit surreptionem.*

1 BOnæ. ¶ Summat̃. & diuiditur, vt per Abb. hic. ¶ † Primo, p Abb. colligit̃, qd̃ hic valent posteriores literæ impetratę p appellãtẽ, & nullam faciẽtes mentionẽ de prioribus impetratis per appellatũ. Et hoc ideo, quia primæ erant nullæ, de q̃bus non erat opus facere mentionẽ, vt probatur hic, & in c. ex tenore. cũ gl. de rescri. cũ si. vt p Abb. Sed aduertendũ est, quia tex hic in ↄtrium induci p̄t, dum põderat̃. q̃ non fuit facta expressa mentio de primis q̃ tñ non valebant, q̃a impetratæ fuerunt non facta mentione de appellatione pendente. vnde hoc

2 pendet ab intellectu decretalis, de quo in gl. ¶ † Secundo no. q̃ appellatus non dẽt præuenire appellantẽ, de quo vide in c. ob-

3 latæ. de appel. vbi dictum fuit. ¶ † Tertio no. ex tex. cũ gl. qd̃ pẽdente appellatione executio fieri non dẽt, & si facta sit, debet reuocari. c. venientes. de iureiur. & no in gl. hic. facit text in c.

4 cũ teneantur. de appel. cũ si. vt dixi in ↄsi. 97. † Et hoc intelligit̃ in appellatione à diffinitiua, sed in appellatione ab interlocu-

5 toria distinguit̃, vt hr̃ in c. nõ solũ de appel. in 6. ¶ † Quartò ex gl. declarãdo istũ tex intelligit̃, vt in fi. Ab hic dicit, q̃ qñ text. vario modo intelligi p̄t, illa lectura præualet, q̃ rubricæ ↄgruit. facit gl. in c. tibi qui. de rescrip. in 6. cũ si. vt p Abb. hic. Et idem no. Anto. de Bu. in procẽ. decre. §. sanè. col. 2. ver. iſc allegat̃. Et s̃m hoc declaratur, qd̃ no. Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Facit, qd̃ no. Bald. in l. j. C. ne lic. ter. pro. col. 2. vbi ingt, q̃ si tex. dubius sit intellectu, s̃m rub. intelligit̃, cum si. vt no. Alc. in l. j. col. 3. ff. si cer. pet. Et idem Alex. in consi. 189. maturè digestis. col. 2. lib. 2. & in consi. 13. circa primum. col. 5. lib. 3. no. Abb. in ca. ad audientiam, de reb. eccle. non alie. vbi alleg. istam glo. hic. ¶ In gl. fi. Ab. sequitur intellectum gl. videlicet, qd̃ in prin. tex. loquatur, qñ literæ confirmationis impetratæ fuerunt simpl̃r in forma cõi, & quia non faciebant mẽtionem de appellatione. non valebant. Aliæ vero impetratæ per appellantẽ nõ derogabant confirmatorijs, quia de illis non faciebant mẽtionem expressam. Ideo valent ↄfirmatoriæ, donec cognoscat̃ de causa appellationis. Non ob qd̃ non facerent mentionẽ de appellatione. q̃a verum est in princ. Sed postea impetratæ fuerũt. facta mentione appellationis & ideo in vers. verũ, mutat casum s̃m Ab. & Doct. hic. Sed certè durum vr̃ intelligere, quod mutet casum, quia tex. vr̃ procedere, retento eodẽ casu, & themate. Sed tunc stat difficultas, si literæ confirmatoriæ erãt nullæ, quia non faciebant mentionem de appellatione. ergo nõ erat opus de illis facere mentionem, d. c. ex tenore, cum ibi no. & si erant nullæ, ergo non poterat stare in suspenso. Ad ista, in quibus difficultas vr̃ consistere, cogitabam posse responderi, q̃ licẽt literæ priores non facerent mentionem de appellatione, valebant tñ, quia continebant confirmationẽ sententiæ in forma cõi. quę parum operatur, quia cõditionaliter dicebatur, sicut iusta est. nam huiusmodi literæ nihil p̄iudicãt appellationi interpositæ, nec literis postea impetratis per ipsum appellã-

